3755. III. C. e. 1. ad.

# SUCCESSIO
## Geneologica
## S. R. I.
# PRINCIPUM

*Quam*

Cum Concluſionibus ex
Univerſa Philoſophia palàm
propugnatis
*Perilluſtris, Eruditus ac Perdoctus*
DOMINUS CONRADUS ANTONIUS THIAN, Caſtuanus
Croatiæ, & Hungariæ Eques
*Præſide*
R. P. JOANNE BARBOLAN, è Societate JESU,
AA. LL. & Philoſophiæ Doctore,
ejusdémque Profeſſore
emerito

*Labaci Anno M. DCC. XXXII.*

In Archi-Ducali & Academico Lycæo
utilitati publicæ dedit.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK LAIBACH

# DIVO
# FRANCISCO
# XAVERIO

*Indiarum Apoſtolo*
*Thaumaturgo*
*Ab aſſertis Eccleſiæ*
*Gentibus,*
*Triumphata Superſtitione*
*Aſiatico meliori.*

*D D D.*

U300056478

# CONCLUSIONES.

1. *Logica eſt ſcientia ſimpliciter ſpeculativa.* 2. *Ejus objectum materiale mentis operationes, formale ratio veri, vel falſi.* 3. *Attributionis diſcretio evidens veri à falſo.* 4 *Conceptus formalis diſtinctionis realis conſiſtit in negabilitate duorum* 5. *Non datur diſtinctio formalis ex natura rei, nec virtualis intrinſeca.* 6. *Datur præciſio objectiva in ſubſtituto.* 7. *Nullum datur Univerſale formaliter tale à parte rei.* 8. *Sed fit per intellectum.* 9. *Veritas aut falſitas formalis habentur per actum & objectum.* 10. *Datur determinata veritas de futuris contingentibus.* 11. *Nulla propoſitio poteſt tranſire de vera in falſam, aut viciſſim.* 12. *Solæ præmiſſæ evidentes neceſſitant intellectum ad aſſenſum concluſionis.* 13. *Poſſibilitas eſt rebus intrinſeca, impoſſibilitas extrinſeca.* 14. *Datur materia prima ſenſu Peripatetico; item formæ ſubſtantiales, etiam abſolutæ.* 15. *Etiam partiales.* 16. *Ipſa elementa vulgaria conſtant potentia & actu.* 17. *Formæ mixtorum non viventium probabiliùs ſunt reſpectivæ.* 18. *Modi non ſunt entitates ſuperadditæ.* 19. *Dantur cauſæ creatæ rigorosè agentes.* 20. *In diſtans agere non poſſunt.* 21. *Si ſupponatur rigoroſa formæ productio, duplex actio totalis eſt poſſibilis.* 22. *Item productio ſui ipſius quo ad ſecundum eſſe.* 23. *In hac ſuppoſitione Deus determinat ad individuum.* 24. *Non datur potentia obedientialis ad quemlibet effectum.* 25. *Omnis actio creati-*

*va*

*va repugnat creaturæ.* 26. *DEUS eſſentialiter connectitur cum creaturis poſſibilibus* 27. *Replicatio, & penetratio corporum ſupernaturaliter eſt poſſibilis* 28. *Res vi ſolius replicationis non poteſt plus.* 29. *Vacuum actu non datur, nec metus vacui.* 30. *Impeditur per gravitatem, & elaterium aëris.* 31. *Continuum componitur ex partibus intrinſecè indiviſibilibus, extrinſecè extenſis.* 32. *Infinitum categorematicum actu datur pro ſtatu poſſibilitatis.* 33. *Repugnat pro ſtatu exiſtentiæ.* 34. *Mundus ab æterno eſſe non potuit.* 35. *Terra quieſcit, ſol movetur.* 36. *Aſtra moventur activè ab intrinſeco.* 37. *Elementa mixtis perfectis ſenſu metaphyſico inſunt.* 38. *Nullum elementum eſt poſitivè leve.* 39. *Impetus tum congenitus, tum impreſſus eſt qualitas abſoluta.* 40. *Qualitates activæ ſine impetu, & motu corporum exponi non poſſunt.* 41. *Non tamen ſuperaddunt ſpecialem qualitatem abſolutam.* 42. *Effectus electrici, magnetici, ſympatici habentur ab effluvijs ſubſtantialibus* 43. *Rarefactio per dilatationem pororum inſenſibilium.* 44. *Intenſio qualitatum activarum, dempto impetu, per collectionem partium ſubſtantialium, earúmque activitatem majorem.* 45. *Bruta non ſunt mera automata.* 46. *Anima brutorum eſt ſubſtantia actuoſa.* 47. *Diviſibilis.* 48. *Perceptio ſenſitiva in organis ſenſuum inchoatur, in cerebro perficitur.* 49. *Anima rationalis naturâ ſuâ eſt ſpiritualis, immortalis, & incorruptibilis.* 50. *Exiſtentia DEI demonſtrari poteſt,* Cui Honor, & Gloria.

# CAPUT I.
## SUCCESSIO GENEALOGICA PRINCIPUM IN HÆREDITARIIS PROVINCIIS AUSTRIÆ.

## §. I.

### *Succeſſio Genealogica Ducum & Archiducum Auſtriæ.*

### ORIGO DUCUM ET ARCHIDUCUM AUSTRIÆ.

Auſtria ab Orientali limite *Ooſtryck* ſive *Oeſterreich* dicta, olim Ripenſis Norici, & ſuperioris Pannoniæ pars, Tiberij, & Claudij Druſi victoriis Romanorum Imperio acceſſit. Sæculô V. effuſi in Noricum, & Vindelitiam Boji, Suevi, Marcomanni, Gepidæ, Gothi, Longobardi, aliíque Teutonici populi, quidquid à Danubio ad Alpes porrigitur, Germaniæ inſeruêre. Interea Avares quoque, Hunni, & Slavi eas oras identidem depopulati, Francorum, & Bo-

jorum ſignîs repulſi ſunt: Orientali limite longiùs prolatô, & Marchiæ Præfectis, ſeu Marchionibus, qui à finibus barbaros arcerent, conſtitutis, primùm Bavariæ Ducum, dein Carolingiorum & Saxonum poteſtati ſubjectis. Sæculô X. Leopoldus *Illuſtris* Comes Babenbergicus, demortuo 928. Rudingero de Pechlarn Marchiæ Præfecto, hæreditario in poſteros jure ab Henrico I. Imperat. Socero Marchiam accepit; ſubinde Auſtria ab Henrico I. aliíſque Cæſſ. inſignibûs Privilegiîs aucta. Henricus II. Marchio à Friderico I. Imperat. primus Auſtriæ Dux creatus eſt 1156. De primo Archi-Duce lis eſt: *Cuſpinianus* id honoris Friderico II. Babenbergico tribuere videtur, dum Ducali pileo crucem auream, qualem Reges in coronis geſtant, à Friderico II. Imperat. adjectam fuiſſe refert: *Fuggerus* altiùs originem ab Henrico IV. aut Friderico I. Cæſare repetit: nonnulli ſeriùs à Friderico IV. alij ab Alberto I. Imperatoribus deducunt. Utcúnque ſit, id veroſimillimum videtur, eam dignitatem à Rudolpho III. (aliis IV.) primùm uſurpatam, à Maximiliano verò I. continuo uſu ad poſteros traductam fuiſſe.

### *Familiæ Regnantes II.*

I. Babenbergica, aut Bavarica. II. Habſpurgica.

*I. Ba-*

*I. Babenbergica, aut Bavarica ab a. 928. ad 1282. per an. 254.*

LEOPOLDUS I. cognomentô *Illuſtris* Eberhardi Bavariæ Duc. aut Alberti Com. Babenbergici (lis eſt inter Genealogos) F. Auſtriæ Marchiam in perpetuum Familiæ feudum accipit 928. m. 988. March. 60. HENRICUS I. *Rebellis* F. m. 1018. March. 30. ALBERTUS I. *Victorioſus* F. multis cladibus Hungaros atterit, amiſsô primogenitô Leopoldo II. *Forti* (à nonnullis inter Auſtriæ Marchiones relato) m. 1056. March. 38. ERNESTUS *Strenuus* F. ab Henrico IV. S. R. I. *Prioris* titulô decoratus m. 1075. March. 19. LEOPOLDUS III. *Pulcher* F. cum fratre Alberto II. *Levi* multa tricatur: in bello ſacro m. 1096. March. 21. LEOPOLDUS IV. *Pius* vel *Sanctus* F. Henrici IV. Imperat. per filiam Agnetem Gener, 18. liberorum Pater (inter quos Otto Friſingenſis Germanicæ Hiſtoriæ ſcriptor) ultra Cetium montem Marchiam profert: inuentô prodigiosè Agnetis Conjugis amiculô Clauſtro-Neoburgum condit m. 1136. March. 40. ab Iñocentio VIII. Sanctis adſcriptus 1485. LEOPOLDUS V. *Largus* F. proſcriptô à Conrado III. Imperat. Henricô *Superbô* Ducatum Bavariæ obtinet 1138. m. 1142. March. 6. HENRICUS II. *Jaſemergot* Fr. à Friderico I. primus Auſtriæ Dux

 re-

renuntiatur 1156. Ut Bavariæ poſſeſſionem firmaret, ſuperſtitem Henrici *Superbi* viduam Gertrudem ducit, ſed mox Henrico Leone *Superbi* Filio 1156. reſtituto, Bavariam amittit eô pactô, ut inferior Bojariæ pars ( nunc Auſtria ſuperior ) perpetuò avulſa in Auſtriacorum poteſtate maneret m. 1172. Duc. 16. LEOPOLDUS VI *Virtuoſus* F. in obſidione Ptolemaidis, Saracenorum ſanguine exceptô baltheô undique perfuſus author eſt ( ut quidam volunt) gentilitij ſcuti Auſtriæ: Richardum I. Angliæ Regem Viennæ captivum detinet, Genero Ottocaro Styriæ Duce improle Styriam vel coëmit, vel ordinum conſenſu obtinet: ex lapſu equi m. 1194. Duc. 22. FRIDERICUS I. *Catholicus* F. in expeditione ſacra ſine liberis m. 1198. Duc. 4. LEOPOLDUS VII. *Glorioſus* Fr. Filiam Margaretham Henrico Friderici II. Imper. Filio elocat, à quo prærogativam obtinet aureis duobus anulis, in crucis modum implexis Ducalem pileum ornandi. m. 1230. Duc. 31 FRIDERICUS II. *Bellicoſus* F. ob caſtrenſia merita crucem auream, qualem Reges in coronis geſtant, à Friderico II. Imperatore meretur; Carnioliam Auſtriæ adjicit, ſine hærede maſculo m. 1246. Duc. 16.

Ex *Babenbergica* ſtirpe omnes *Electores* & *Duces Saxoniæ* deſcendunt: Parente Albe[rto]

to Degenere Landgravio Thuringiæ, Friderici Bellicoſi ex Conſtantia filia nepote.

Demortuo Friderico II. plurimi Principes in ſpem ampliſſimæ hæreditatis erecti certatim Auſtriam ambiebant. Hermannus Marchio Badenſis jure uxoris Gertrudis, Friderici ex fratre Henrico neptis, primus Auſtriam invaſit; ſed eô præmaturè extinctô Filius quoque unicus Fridericus cum Conradino Suevo miſerandô ſupplicio Neapoli ſublatus eſt. Quare Proceres ad Henricum *Illuſtrem* Marchionem Miſniæ, maritum Conſtantiæ Friderici Sororis, legatos mittunt, ut Theodorico ejus filio Margaretha, Friderici ſoror, tum vidua Henrici II. Imper. Friderici filij, elocaretur; ſed eam Wenceslaus Rex Bohemiæ fraude interceptam Ottocaro filio deſpondet. Ottocarus poſteaquam ob ſenium repudiatam venenô ſuſtuliſſet, jus tamen ſuum proſequens renitente Imperiô Auſtriæ Provincias invadit; quare hoſtis Imperij declaratus, in prælio à Rudolpho Habſpurgico Imperat. cæditur; exin Auſtria Styriæ, & Carnioliæ juncta communi Ordinum conſenſu in Comitiis 1282. Auguſtæ habitis Alberto filio à Rudolpho conceſſa, in cujus glorioſiſſima ſtirpe hodiedum feliciſſimè perennat.

*II. Habſpurgica duarum linearum* Auſtriacæ, & Styriacæ.

# ORIGO FAMILIÆ HABSPURGICÆ.

Inter tot Genealogorum jurgia & 20. diverſas ſententias, *à Ludovico Schönlebenio in diſſert: Polemica de prima origine Aug. Dom. Auſtriaco-Habſpurg.* relatas, quibus alij Comitum Habſpurgicorum originem à Pharamundi Atnepote Sigeberto, & Caroli *M.* Majoribus, alij à Thaſſilone Bojorum Rege, alij à Romanis *Aniciorum*, *Perleonum*, aut *Leonum* ſtirpe deducunt, illa eruditioribus potiſſimum probatur, quæ Authore *Hieronymo Vignierio*, & noviſſimè *Joan. Georgio Eccardo in originibus Seren. ac Potent. Fam. Habſpurgico-Auſtriacæ* Lipſiæ 1721. editis ab Athico (Ethicone, ſeu Adelrico) priſco Alemanniæ ſeu Alſatiæ Duce derivati hôc ſolùm inter binos hos erudітiſſimos Authores diſcrimine, quod *Vignierius* Athicum Filium Leudeſij Majoris Domûs ſub Theodorico III. Reg. Franciæ, Nepotem Archinoaldi Majoris Domûs ſub Clodoveo II. Pronepotem Egæ Major. Dom. Dagoberti I. & tandem Abnepotem Riccimeris Patricij, S. Gertrudis mariti, conſtituat. *Eccardus* verò demonſtret, Athici familiam à Leuthario, & Bucelino Ducibus Alemannis deſcendere. Juxta hunc igitur ſequens ſchema Genealogicum rectâ ſerie ad Rudolphum I. Imperat. contexitur.

Ge-

## *Genealogia Comitum Habſpurgicorum uſque ad Rudolphum I. Imperat.*

LEUTHARIUS I. Dux Alemanniæ m. 554. LEUDEFREDUS I. F. LEUTHARIUS II. F. ETHICO I. vel ADELRICUS F. ETHICO II. F. ALBERICUS ſeu BEGO I. F. Com. Alſatiæ. EBERHARDUS I. F. BEGO II. ſeu ALBERICUS F. EBERHARDUS II. F. EBERHARDUS III. F. HUGO I. F. (cujus tres filij Conditores ſunt trium familiarum: Eberhardus IV. *Lotharingicæ*, Hugo II. *Dagſpurgicæ*, & Guntramus *Habſpurgicæ*. GUNTRAMUS cognomentò *Dives* F. Com. Habſpurgi. LANDELINUS ſeu LANCELINUS F. RADEBOTO F. novi caſtri Habſpurgici conditor, ære fratris WERNERI I. Epiſ. Strasburgenſis. WERNERUS II. F. Comes Habſp. OTTO II. F. WERNERUS III. F. ADELBERTUS III. F. Com. Habſp. & Landgravius Alſatiæ. RUDOLPHUS III. F. Comes Habſp. & Landgr. Alſ. ADELBERTUS vel ALBERTUS IV. F. Com. Habſp. & Landgr. Alſ. RUDOLPHUS IV. (I. Imperator) Progenitor Aug. Dom. Habſpurgico-Auſtriacæ.

*Habſpurgico - Auſtriaca ab a.* 1282. *ad* 1457. *per an.* 175.

ALBERTUS I. (I. Imperat.) Rudolphi I. Imperat. F. Auſtriam Styriæ, Carnio-

liæ, Marchiæ Vindorum, & Portenaviæ junctam à Parente accipit, per uxorem Eliſabetham Mainhardi III. Duc. Carinthiæ & Com. Tyrolis filiam & hæredem jus in Carinthiam & Tyrolim obtinet, à Joanne ex Rudolpho Fratre Nepote perfidè ad Rhinfeldam occid. 1308. Duc. 26. *Ejus Genealogiam & reliqua vid. part. 1. p. 26.*

Occisô Albertô quinque filij ſuperſtites Fridericus I. *Pulcher*, Leopoldus I. *Glorioſus*, Albertus II. *Contractus*, Henricus *Placidus*, & Otto *Jucundus* relictas à Parente hæreditarias Provincias communi nomine gubernârunt.

FRIDERICUS I. *Pulcher* (III. Imperat.) à Ludovico Bavaro Imperat. acie victus capitur, dimiſſus privatus m. 1330. Duc. 22. *vid. part. 1. pag. 28.* LEOPOLDUS I. *Glorioſus* Fr. cum Henrico VII. Imperat. Italiam ingreſſus, Cæſarem periculô & inſidiis eripit; inde Sueviam, morte parricidæ Joannis vacuam, beneficiariam obtinet: m. 1326. *Uxor Leopoldi unica:* Catharina Amadæi V. Duc. Sabaudiæ filia, ex qua duas filias ſuſcepit: Catharinam Henrico Ferreo Duc. Saganenſi in Sileſia, & Agnetem Boleslao IV. Duc. Suidnicenſi in Sileſia nuptam.

HENRICUS *Placidus* Fr. cum fratre Friderico Pulchro Mildorffenſi prælio captus, Joan-

Joanni Bohemiæ Regi in cuſtodiam datur. m. 1327. *Uxor Henrici unica:* Eliſabetha Ruperti Com. Virnenburgenſis filia, ex qua nihil liberorum tulit.

OTTO *Jucundus* Fr. natu poſtremus extinctô Henrico Carinthiæ Duce 1331. Carinthiam ad Auſtriacos devolutam obtinet. m. 1338. *Uxores Ottonis duæ:* I. Eliſabetha Stephani Duc. Bavariæ filia. II. Anna Joannis Reg. Bohemiæ filia, ex qua duos filios ſuſcepit: Fridericum II. & Leopoldum II. utrumque in cœlibatu 1344. mortuum.

ALBERTUS II. *Contractus* ſeu *Sapiens* Fratrum ſuperſtes ſolus Auſtriacam ſtirpem propagavit: per Conjugem Comitatu Phyretano in Suntgovia auctus m. 1358. *Uxor Alberti II. unica:* Joanna Ulrici III. Com. Phyretarum filia, ex qua 4. nobiliſſimi Principes & 2. filiæ genitæ: 1. Rudolphus IV. *Ingenioſus.* 2. Fridericus II. *Liberalis.* 3. Leopoldus III. *Probus.* 4. Albertus III. *cum Trica*, omnes Patre ſuperſtites. 5. Agnes uxor Henrici II. Duc. Jauer. in Sileſia. 6. Margaretha primùm uxor Mainhardi IV. Com. Tyrol. dein Joannis Henrici Marchionis Moraviæ.

RUDOLPHUS IV. (aliis III.) *Ingenioſus* Alberti II. primogenitus, primùm ex paterno teſtamento cum ſociis fratribus regnat uſque ad 1362. dein diviſione factâ Ty-

rolim à Margaretha Maultaſchia relictam Auſtriæ adjicit: primus Archi-Ducis titulum juxta *Cuſpinianum* alióſque uſurpâſſe fertur: fundamenta Turris D. Stephani jacit, Socerum Carolum IV. Imperat. Mediolanum comitatus. ibidem m. 1365. *Uxor Rudolphi IV. unica:* Catharina Caroli IV. Imperat. filia nulla prole fœcunda.

FRIDERICUS III. *Liberalis* Fr. 15. annorũ Adoleſcens in venatione occiditur 1362.

LEOPOLDUS III. *Probus* Fr. *Tyrolenſis lineæ* Conditor. *vid. titul. Tyrol.*

ALBERTUS III. *cum Trica. Auſtriacæ lineæ* Propagator Fratri Leopoldo præter Auſtriam reliquas Provincias cedit m. 1395. *Uxores Alberti duæ:* I. Eliſabetha Caroli IV. Imperat. filia. II. Beatrix Friderici IV. Burgravij Norimberg. filia, ex qua unicum filium ſucceſſorem Albertum IV. ſuſcepit.

ALBERTUS IV. *Mirabilia mundi* dictus F. in obſidione Znoimæ venenô tollitur 1404. *Uxor Alberti unica:* Joanna Alberti Ducis Bavar. & Comitis Holland. filia, ex qua Albertum V. dein Imperatorem, & Margaretham uxorem Henrici Divitis Duc. Bavar. ſuſtulit.

ALBERTUS V. (II. Imperat.) F. ſub Patruelium Erneſti & Leopoldi Tyrolenſium tutela uſque ad a. 1411. *vid. part. 1. p. 30.*

LADISLAUS Poſthumus F. Bohemiæ, Hungariæ, & Auſtriæ hæres ſub tutela Fride-

derici V. Imperat. uſque ad a. 1453. quô Provinciis præeſſe cœpit; ſed in apparatu nuptiali m. 1457. *vid. part.* 1. *p.* 72. & *p.* 153.

*Habſpurgico-Styriaca ab a.* 1457.

Demortuô ſine liberis Ladislaô Fridericus V. (III. Imperat.) & Albertus V. (VI.) *Prodigus* Filij Erneſti ferrei ex *Styriaca* Auſtriacorum linea: Auſtriam diviſerunt hic ſuperiorem, ille inferiorem nactus. Extincto improle Alberto Fridericus totam Auſtriam obtinet, quam Mathias Corvinus Ungariæ Rex depopulatur ipsâ etiam Viennâ captâ 1485. *Ejus Genealog. vid. part.* 1. *p.* 31. MAXIMILIANUS I. F. demortuo Leonardo ultimo Comite Goritienſi eundem Comitatum Auſtriæ adjicit a. 1500. *vid. part.* 1. *p.* 31. CAROLUS I. (V.) Maximiliani ex Philippo Auſtriaco Nepos jure paterno Auſtriam obtinet. *vid. part.* 1. *p.* 32. FERDINANDUS I. Fr. à Carolo Provincias Auſtriacas ac Ducatum Wirtenbergenſem obtinet donec idem Ducatus Ulrico Duci 1534. reſtitutus eſt. *vid. part.* 1. *p.* 33. MAXIMILIANUS II. F. primogenitus. *vid. part.* 1. *p.* 34. RUDOLPHUS II. F. Fratri Mathiæ Auſtriam, Ungariam, Moraviam ac etiam Bohemiam cedit. MATHIAS Fr. *vid. part.* 1. *p.* 35. FERDINANDUS II. Caroli Styriæ Archi-Ducis F. proſcripta è Provinciis hæreditariis hæreſi, Ruſticorum

ſeditione in ſuperiori Auſtria ſedatâ de Auſtria, totóque Imperio optimè meritus. *vid. part.* 1. *p.* 36. FERDINANDUS III. F. LEOPOLDUS IV. *Magnus* (I. Imper.) F. JOSEPHUS I. F. CAROLUS II. (VI. Imperat.) Fr. hodiedum glorioſiſſimè imperans. *vid. part.* 1. *p.* 34. *& ſeqq.*

Ex hac vetuſtiſſima *Habſpurgicorum* ſtirpe clariſſimum quoque ſanguinem ducunt.

I. Antiquiſſima Familia *Lotharingica* Parente Eberardo IV. Hugonis I. filio.

II. Familia *Dagſpurgica* Authore Hugone II. itidem Hugonis I. filio.

III. *Ducum Zoeringiæ* Conditore Berchtilione, aliis Landulo, Lancellini vel Radeboti fratre 1218. extincta (ex Ducibus Zoeringiæ prognati ſunt *Marchiones Badenſes & Hochbergici* Authore Hermanno I. March. Badenſi, Landuli pronepote.)

IV. *Comitum Lauffenbergicorum* Parente Rudolpho IV. Rudolphi III. filio, poſteriorum *Küburgicorum* Satore circa 1416. extincta.

## *Felicia Auſtriæ Connubia.*

*Primum:* Alberti I. Imp. cum Eliſabetha, Mainhardi III. Duc. Carinth. & Com. Tyrol. filia, per quam Carinthia demortuo Henrico 1331. Tyrolis verò ceſſione Margarethæ *Maultaſchiæ* 1364. Auſtriæ acceſſerunt.

*Se-*

*Secundum:* Alberti II. *Sapientis* cum Joanna, Ulrici ultimi Com. Ferretani filia, per quam Comitatum Ferretanum in Suntgovia 1324. obtinuit. *Tertium:* Alberti II. Imperat. cum Eliſabetha, Sigismundi Imperat. Hung. & Bohem. Regis filia unica, per quam Hungariæ & Bohemiæ Regna adipiſcitut. *Quartum:* Maximiliani I. Imperat. cum Maria, Caroli *Audacis* ultimi Duc. Burgund. filia, quæ Comitatum Burgund. & Belgicas Provincias ( exceptis Ultrajectanâ, Tranſiſalana & Groningenſi Provinciis, à Carolo V. Nepote poſtea adjectis ) in dotem attulit. *Quintum:* Philippi Auſtriaci cum Joanna Ferdinandi Catholici Reg. Hiſp. filia, ampliſſimam Monarchiam Hiſpanicam ad Auſtriacos devolvente. *Sextum:* Ferdinandi I. Imperat. cum Anna, Uladislai IV. Hung. & Bohem. Reg. filia, Ludovici II. ſorore, cujus connubij jure utrumque Regnum iterum potentiſſimo Auſtriæ dominio ſubjectum eſt.

## §. II.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Styriæ.*

### ORIGO DUCUM STYRIÆ.

STyriam ad ortum Pannoniæ, ad occaſum Norici mediterranei partem Norici primùm, Tauriſci, tum Romani, Marcomanni, mox Vandali, dein Gothi, Vindi

ſeu Slavi, atque Avares, poſtremò Franci incoluêre, cùm Carolus M. a. 790. ampliſſimos ditionis ſuæ fines ad Adriaticum uſque mare protenderet. Francorum primùm, dein ſuo nomine Styriæ imperitârunt Bavariæ Duces, ac ſubinde Carinthiæ Principibus tradita eſt, quoad Conradus II. Imperat. Styriam ab his avulſam Imperialem Marchiam, ſeu Marchionatum a. 1030. creavit; cui primus Marchionis nomine præeſſe juſſus Ottocarus II. Ottocari I. Comitis Styrenſis, qui Magni Ottonis ætate vivebat, Filius, non toti, quantùm hodie extenditur Styriæ, ſed duntaxat ſuperiori imperitans; inferiore primùm poſt Waldonis Comitis Runenſis mortem Henrici V. Imperat. indultu Leopoldo Ottonis IV. Marchionis (aliis III.) filio conceſsâ, obtento 1120. pariter ab eodem Imperat. ob victoriam contra Abam Hungariæ Regem prope Petovionem relatam, jure, ùt *Fuggerus* teſtatur, ſucceſſionis hæreditario. Tandem a. 1180. Styria in Ducatum evecta eſt Marchione Ottocaro VI. (V.) à Friderico Ænobarbo primo ejuſdem Duce renuntiato.

## *Familiæ Regnantes III.*

I. Styrenſis. II. Babenbergica. III. Habſpurgica.

*I. Styrenſis Marchionum, ab a. 1030. ad 1192. per 162.* OT-

OTTOCARUS II. ( aliis I. ) Ottocari I. Comitis Styrenſis F. tractu Trungovienſi, à Truna fluvio dicto, auctus, ac primus Marchio Styriæ a Conrado II. Imperat. a. 1030. dictus m. Romæ a. 1038. March. 8. OTTOCARUS III. (II.) F. a cæſis ad Petovionem Hungaris, finibus Styriæ amplificatis, condito 1082. Garſtenſi, ac eodem anno ditato Admontenſi Cœnobio clarus m. poſt a. 1088. opimâ hæreditate filio relictâ. March. 50. OTTOCARUS IV. ( III. ) F. adversùs binos Cæſares Pontificum cauſam ſtrenuè tuetur m. 1121. March. 33. LEOPOLDUS *Fortis* F. obtentâ ab Henrico II. Carinthiæ Duce ampliſſimâ Dynaſtiâ Eppenſteinenſi Ciſtercium Runenſe condit. m. 1129. March. 8. OTTOCARUS V. (IV.) F. ſub tutela Matris Sophiæ Henrici Guelphici Bavariæ Ducis filiæ, Portum Naonis ad mare Adriaticum ſitum ſupremîs tabulîs Ottonis ultimi Toparchæ obtinet, per ſomnum monitus Seizenſem Carthuſiam condit. In Palæſtinam proficiſcens m. 1164. March. 35. OTTOCARUS VI. (V.) F. ultimus Marchio Styriæ, ſub tutela Matris Cunegundis Dietpoldi II. Marchionis Vohburgici filiæ, Dux Styriæ primus 1180. leprâ percuſſus. Leopoldo *Virtuoſo* Auſtrio Provinciam de ordinum conſenſu tradit 1192. ( alij Leopoldum Ottocari Socerum fuiſ-

fuiſſe, & Styriam à Genero coëmiſſe ſcribunt) eodem anno improlis m. March. 16. Duc. 12.

*II. Babenbergica ab a. 1192. ad 1246. per 49. vid. p. 4.*

LEOPOLDUS I. cognomento *Virtuoſus* ſecundus Dux Styriæ 1192. eodem anno ab Henrico Imperat. inauguratus, primus Græcij homagium excipit. Ex equo præcipitatus m. 1194. Duc. 2. LEOPOLDUS II. *Glorioſus* F. Epiſcopatûs Seccovienſis conditor 1218. ſub quo Cellæ Marianæ 1200. inclaruêre. m. 1230. Duc. 36. FRIDERICUS I. *Bellicoſus* F. exauthoratus 1235. reſtitutus 1240. in bello lanceâ ſauciatus improlis m. 1246. Duc. 11. *vid. p. 4.*

A morte Friderici I. *Bellicoſi* ad Ottocarum uſque Reg. Bohem. Styria partim ſub Hermañi Badenſis (ut quidam autumant) Imperio annis 4. reliquo tempore ſub Præfectorum à Cæſare nominatorum Vicario jure perſtitit. *vid. p. 5.*

*III. Habſpurgica ab a. 1282. duarum linearum:* Auſtriacæ, & Styriacæ.

*Habſpurgico-Auſtriaca ab a. 1282. ad 1406. per an. 124.*

ALBERTUS I. (I. Imperat.) Rudolphi I. Imp. F. antea à Patre Vicarius conſtitutus, ab Ordinibus Styriæ Dux inauguratur 1282. occid. 1308. Duc. 22. FRIDERICUS II. *Pulcher* (III. Imperat.) F. Dux cum

cum Fratribus 1308. relictis duabus filiabus m. 1330. Duc. 22. ALBERTUS II. *Sapiens* Fr. ſolus Fratrum ſuperſtes, poſt multos ſterilis conjugij annos filium Rudolphum cæli beneficiô impetrat: Gemnicenſem in Auſtria Carthuſiam condit circa a. 1332. (Ejus Frater Otto Novomontano Cœnobio Ord. Ciſterc. in Styria initium facit) m. 1358. Duc. 28. RUDOLPHUS *Magnanimus* (aliis *Ingenioſus*) F. communi cum Fratribus poteſtate regnat: improlis m. 1365. Duc. 7. ALBERTUS III. *cum Trica* primùm cum ſocio fratre Leopoldo regnat; mox patrimonium circa a. 1368. partitus, Auſtriâ, Styriâ, Carinthiâ, viciníſque Regionibus contentus, Alſatiam, Suevicas, & Helveticas Auſtriæ ditiones fratri attribuit, Tyroli in utriusque poteſtate relicta. At 1379. importunis fratris querelis permotus Styriæ, cæteríſque Provinciis præter Auſtriam renuntiat. m. 1395. Duc. 14. *Horum Genealog. vid. tit. Duc. Auſtriæ.* LEOPOLDUS III. *Probus* Fr. relictis 4. filiis in Sempacenſi prælio occid. 1386. Duc. 7. *vid. infra tit. Tyrol.* WILHELMUS *Affabilis* F. à morte Patris ditiones omnes in Patruum Albertum *cum Trica* transfert: eo defuncto non diviſa poteſtate cum tribus fratribus rerum potitur: improlis m. 1406. Duc. 11. *Uxor Wilhelmi unica:* Joan-

Joanna Caroli Parvi Reg. Hung. filia ſterilis. Demortuo ſeniore Fratre Wilhelmo ſuperſtites tres Fratres diviſis terris imperare ſtatuerunt: Leopoldo Alſatia, Burgovia, Suevia; Erneſto Styria, Carinthia, Carniolia; Friderico natu minimo Tyrolis obvenêre. Extinctó mox 1411. ſine liberis Leopoldo (cujus uxor Catharina Philippi Audacis Duc. Burgund. filia) fraterna portio ad Fridericum acceſſit, Habſpurgica ſtirpe in 2. lineas diviſa: *Styriacâ* per Erneſtum *Ferreum*, alterâ *Tyrolenſi* per Fridericum propagatâ. *De Tyrolenſi vid. tit. Tyrol.*

*Habſpurgico-Styriaca ab a. 1406.*

ERNESTUS *Ferreus* ab incredibili corporis robore ſic dictus, Leopoldi III. F. alter Auguſt. Domûs Habſpurg. felix Propagator, in Palæſtinam pietatis causâ Proficiſcitur: Turcas primùm in hanc regionem erumpentes ingenti clade ad Racoſpurgum concidit 1418. m. 1424. Duc. 18. *Uxores Erneſti duæ:* I. Margaritha Boguslai V. Duc. Pomeraniæ filia. II. Cimburgis Ziemoviti Duc. Maſſoviæ filia, ex qua numeroſam prolem ſuſcepit: 1. Fridericum *Pacificum* poſtea Imperat. 2. Albertum VI. *Prodigum*, maritum Mathildis Ludovici Palatini filiæ, alterius Ludovici Wirtenbergici viduæ. 3. Margaritham uxorem Friderici II. Duc. Saxon. 4. Catharinam uxorem Caroli March.

Ba-

Badenſis: quinque alij Erneſtus, Rudolphus, Leopoldus, Alexandra, Anna puberes annos non attigerunt. FRIDERICUS IV. *Placidus* F. (V. Imperat.) ſub tutela Patrui Friderici Tyrolenſ. MAXIMILIANUS I. F. CAROLUS I. (V. Imperat.) Nepos: cui ab ordinibus Styriæ per legatos fidei juramentum dicitur. FERDINANDUS I. Fr. Styriæ ditionem adit 1521. Maximiliano primogenito Imperium, Hungariam, Bohemiam cum Auſtria, Ferdinando Tyrolim, Carolo Styriam, eique annexas ditiones relinquit. *vid. tit. Auſtr. & Imperat.* CAROLUS II. F. Tertius Aug. Dom. Habſpurg. Parens, Dux adſtricta fide creatus 1564. acerrimus Religionis defenſor, Græcenſis Collegij S. J. & Univerſitatis Conditor, felix 15. liberorum Pater m. 1590. Dec. 26. *Uxor Caroli unica:* Maria Alberti V. Bavar. Duc. filia, ex qua 4. filios, 8. filias ſuperſtites reliquit: 1. Ferdinandus II. Paternarum ditionum hæres, & Imperat. 2. Maximilianus Erneſtus Ord. Teut. Magiſter. 3. Leopoldus primùm Epiſcopus Argentinenſis & Pataviensis, dein conſentiente Pontifice maritus Claudiæ Ferdinandi Duc. Florent. filiæ. *vid. tit. Tyrol.* 4. Carolus poſthumus Epiſcopatu Brixiæ, & Vratislaviæ geſto inſignis. 5. Anna uxor Sigismundi III. Reg. Polon. 6. Maria Chriſtierna uxor Sigismun-

di

di Duc. Tranſylv. 7. Catharina Renata cælebs mortua. 8. Gregoria Maximiliana ſponſa Philippi III. Reg. Hiſp. 9. Eleonora in cænobio defuncta. 10. Margaretha uxor Philippi III. Reg. Hiſp. 11. Conſtantia uxor Sigismundi III. Reg. Polon. 12. Maria Magdalena uxor Coſmi II. Duc. Florentiæ: terni Ferdinandus, Carolus & Eliſabetha in infantia deceſſerunt. FERDINANDUS II. F. (ſimul Imperat.) Græcij natus 1578. ibidem ſolenne jusjurandum ab Ordinibus accipit 1596. extructo magnifico Mauſolæo illatus. FERDINANDUS III. F. LEOPOLDUS IV. (I. Imperat.) F. ſolenni pompa comitante Carolo Mantuæ Duce, urbem ingreſſus 14. Jun. 1660. fidei Sacramentum ab Ordinibus 5. Jul. accipit, mox iterum a. 1673. lætum Græcio ſpectaculum præſens adfuit, Nuptiis cum Claudia Felicitate Archi-Duce Caroli Ferdinandi Tyrol. filia in arce Eggenbergica 15. Octob. incredibili magnificentiâ & Regio ſplendore celebratis. JOSEPHUS I. F. CAROLUS III. Fr. (VI. Imperat.) Magni Genitoris exemplò 23. Jun. 1728. cum Auguſta Conjuge, Sereniſſima Filia Maria Thereſia natu majore, & magno Nobilium comitatu Græcium ingreditur, Provinciæ Statibus clientelare obſequium 6. Julij ſplendidiſſimo apparatu profeſſis, hodiedum glorioſiſſimè regnans. *vid. tit. Imperat.*

*Comitatus Cillejenſis.*

Cileiam vel Ciliam antiquiſſimam Styriæ urbem à Plinio & Ptolomæo Norico, à recentioribus ſcriptoribus inferiori Pannoniæ adſcriptam, tum ſæculo IX. à Bavaris everſam ſub an. 850. quidam Bruno, vel Brino, è Moravia expulſus, inſtaurâſſe fertur. Urbs Natalibus & Martyrio S. Maximiliani Epiſcopi Laureacenſis inclyta, primum Comitem adepta eſt Fridericum à Sanneck; à Ludovico Bavaro Germaniæ Rege 1339. Monachij creatum. Ejus ſucceſſorum ſeriem, *Megiſerus in Annal. Carinth.* uſque ad Ulricum Comitem poſtremum recenſet: quos inter Ludovicus Comitatum Ortenburgicum in Carinthia adoptione Friderici ultimi Com. Ortenb. obtinuit. Ulricô Comite à Ladislao Corvino 1456. cæsô Fridericus IV. *Placidus* Imperat. altero mox anno Cillejam profectus, Comitatum, veteris conventionis jure ſibi debitum, Styriæ adjecit.

## §. III.

*Succeſſio Geneal. Ducum Carinthiæ.*

ORIGO DUCUM CARINTHIÆ.

CArinthia veteris Carniæ, Noricique à Tauriſcis habitati pars, diverſum à diverſis authoribus nomen ſortita eſt: Veroſimiliùs videtur Carnos è Gallorum gente

aut

aut oriundos, aut fœdere junctos ex agro Aquileienſi in propinqua montana commigrâſſe, cum Romanis etiam fœdus, amicitiamque in an. ante Chriſtum 118. coluiſſe, quó à Q. Martio Conſule Romano ſubjugati ſunt. Tum anguſtos alpium limites transgreſſi in propinquam Norici regionem dominium ſuum protenderunt, ubi *Carantani* primùm, dein *Carinthi* audière. Inter varias gentes Bojarica Duce Theodone, & Slavica præcipuè diuturnam ibi cum imperio ſedem fixit, Ducum titulo diu terræ huic imperitans. Sed cum Hunnis identidem colliſi, eorum tandem jugum ſubierunt, donec a. 623. (teſte *Brunnero*) à Franco quodam, cui Samo nomen, priſtinæ libertati reſtituti ſunt, Samone ab inſtitoris ſorte ad Regis dignitatem evectô, quam per annos 36. gloriosè adminiſtrâſſe dicitur. Sed eô a. 660. è vivis ſublatô, an filiorum aliquis ſucceſſerit, an Regia dignitas ſublata ſit, à melioris notæ authoribus ambiguum relinquitur. Boruthum tamen ſeu Baruchum Ducem (ut in S. Virgilij vita refertur) Quarantanos ab Hunnorum infeſtatione ſecundò liberâſſe conſtat, cui filius Karaſtus à Bavaris chriſtianè educatus ſucceſſerat, poſt quem Chetimarus, Pipino Rege populorum petitioni annuente, Ducatum adiit, quem Waltuncus ſubſecutus eſt, ac

Wal-

Waltunco à pluribus Ingo ſeu Inguo ſubrogatur, à ſingulari in rem Chriſtianam ſtudiò inclytus, à quo Genealogiæ, ut ut obſcuræ admodùm, initium dúcimus.

## *Familiæ Regnantes VI.*

I. Franconica. II. Suevica. III. Varia Comitum. IV. Ortenburgica. V. Tyrolenſis. VI. Auſtriaca.

*I. Franconica ab a. 788. ad 989. per 151. demptis 38. annis.*

INGO, ſeu INGUO è Francorum gente (quem *Megiſerus* primum Carinthiæ Archi-Ducem à Carolo M. 791. creatum contendit, fide nullâ ſyngraphâ aut alio adjecto teſtimoniô nixa) à Religione, quam S. Modeſtus jam a. 740. cœpit, in toto Ducatu incredibili ſtudiô firmata, à convivio agreſtibus Chriſtianis & Nobilibus Ethnicis inſtructo, & vetuſto illo Principis inaugurandi ritu inſtituto celebris. m. circa finem ſæculi octavi. B. DOMITIANUS Inguonis F. aut Agnatus (ut *Bollandus* conjicit) aliis ipſe Ingo videtur, hoc nomine in baptiſmo ab Arnone Epiſcop. Salisb. donatus: popularibus ad Chriſti cultum traductis, conditâ Milleſtadij (*à mille ſtatuis* ritu gentili ibidem cultis, veriùs à *molendino* ad *ripam* lacûs exiſtente, ut *Hanſizius* autumat, ſic dicti) Eccleſiâ m. ad initium ſæculi noni, in

Mil-

Milleſtad. Eccleſia conditus, & miraculis illuſtris. Demortuo ſine liberis Ingone aut Domitiano CODOLAUS Nobilis Francus à Carolo M. Carinthiæ, Carnioliæ, & Forojulio præficitur, dein ab Hunnis pulſus; ſed victô Ludovicô Hunnorum Duce iterum reſtitutus m. circa 819. Duc. 26. Huic ſuccedit BALDERICUS Franco, qui à Ludovico Pio Imperat. Ducatu exuitur 828. à cujus morte diverſi Comites ab Imperat. miſſi Carinthiæ imperitârunt. Poſt annos verò 26. Carolomannus priſtinam gubernandi normam reſtituit. CAROLOMANNUS Nepos Ludovici *Pij* Imperat. Carinthiam obtinet 854. contra Reges Moraviæ Raslaum & Suatibogium pugnat, eos capit 870. Imperatoris titulum uſurpat 879. apoplexiâ tactus m. 880. Duc. 26. ARNULPHUS F. ſuc. 880. dein Imperator filiis Bernardo, & Bertholdo Carinthiam tradit 888. Duc. 8. BERNARDUS & BERTHOLDUS Fratres ac Arnulphi Nothi. Bernardus m. 918. & Bertholdus 937. (CONRADUS I., incertum quo patre natus, Carinthiâ potitur 937. m. 955. Duc. 18.) HENRICUS I. Bertholdi (ut arbitrantur) F. Carinthiæ Dux 955. ab Ottone II. Imperat. Ducatu ſpoliatus 973. quod Bavaris contra Imperat. adſtiterit: reſtituitur 985. m. 989. Duc. 22. Pulsô Henrico, HEN-

RI-

RICUS Bavarus Carinthiâ potitur, ſed ab Ottone III. cedere juſſus Villacum & Wolffſpergam retinet, quos Comitatus poſtea Imperator, dum Bambergenſem Epiſcopatum 1000. condidiſſet, eidem tranſcripſit.

Extincta Francica *Carolingiorum* ſtirpe Otto III. Imperat. Suevis Carinthiam attribuit.

*II. Suevica ab a. 989. ad 1073. per an. 84.*

OTTO (teſte *Urſpergenſi*) Hermañi Sueviæ Ducis Frater. Dux Carinthiæ 989. m. 1021. Duc. 23. HENRICUS II. F. m. 1012. Duc. 9. CONRADUS II. F. hujus tempore Styria à Carinthia diviſa eſt. 1030. m. 1039. Duc. 18. CUNO ſeu CONRADUS III. F. Bavariam 1048. ab Henrico III. Imperat. obtinet, & Carinthiam cedit Duc. 9. improlis m. 1062.

*III. Comitum* Altorffenſis, Zaringenſis, & Muerztallonorum *ab a. 1048. ad 1127. per an. 79.*

WELFFUS Comes Altorffenſis ex Suevia ab Henrico III. Dux nominatur 1048. cum Conrado Bavaro contra Cæſarem conſpirat. m. 1056. Duc. 8. BERTHOLDUS Comes Zaringenſis ab eodem Imperat. Carinthiâ donatur, ſed ab Henrico IV. Ducatu exuitur 1073. Duc. 17. (Ejus tempore Gebhardus Archiep. Salisb. Epiſcopatum Gurcenſem fundavit.) MARQUARDUS

Comes de Muerztal & Avelanz ob navatam ſtrenuè contra Saxones operam ab Henrico IV. Carinthiæ Principatum obtinet 1073. Lambertinum cœnobium condit. m. 1077. Duc. 4. LEOPOLDUS F. m. 1090. Duc. 13. HENRICUS III. Fr. improlis m. 1127. Duc. 37. (Extincto ſine liberis Henrico ERBO Ratisponenſis Comes Palatinus à Lothario Imperat. ad Ducalem dignitatem evehitur. m. 1140. Duc. 13. relicto Poppone filio non tamen hærede.

*IV. Ortenbur. ab a. 1140. ad 1269. per an. 129.*

ENGELBERTUS Comes in Spanheim & Ortenburg neglectô Poppone Erbonis filio à Conrado III. Imperat. in Ducem evectus. m. 1147. Duc. 7. HENRICUS IV. F. in Paleſtinam proficiſcens. m. 1164. Duc. 17. ULRICUS I. Fr. m. 1180. Duc. 16. (hujus ævo Carniolia 1165. à Carinthia diviſa & privati Marchionatus nomine inſignita eſt.) HERMANNUS F. m. 1182. Duc. 2. ULRICUS II. F. m. 1202. Duc. 20. BERNARDUS Fr. m. 1257. Dux in annum 56. Hujus tempore Eberhardus Archi-Epiſcop. Salisburgenſ. Epiſcopatum Lavantinum condidit. ULRICUS III. F. deſperatâ prole avunculo OTTOCARO Regi Bohemiæ Carinthiam tranſcripſit, magna pecuniarum vi ab eo antea provocatus. 1269. Duc. 12. At cùm hæc inſalutatis Im-

perij ordinibus fierent: Rudolphus I. Imperat. exuto eâ Provinciâ Ottocaro, in Auguſtanis anni 1282. Comitiis ex communi Principum conſenſu Mainhardum Tyrolis & Goritiæ Comitem, Ulrici III. viduæ maritum, Carinthiæ Ducem nominat.

*V. Tyrolenſis ab a. 1269. ad 1335. per an. 66.*

MAINHARDUS Dux Carinthiæ beneficiô Rudolphi I. Imperat. 1269. m. 1296. Duc. 27. HENRICUS V. F. mortuis ſine liberis Fratribus Ottone & Ludovico Tyrolim cum Comitatu Goritienſi obtinet, Annæ uxoris Wenceslai IV. Regis Bohemiæ filiæ jure regnum ſibi vendicat 1308. m. 1331. Duc. 35. relictâ unicâ filiâ Margarethâ ab oris vitiô *Maultaſchiâ* dicta, cui à Ludovico Bavaro Imperat. ſolùm Tyrolenſis Comitatus, Ottoni verò Auſtriæ Archi-Duci Carinthia collata eſt nequidquam obtinente & Provinciam armis aliquamdiu vaſtante Maultaſchiâ.

*VI. Habſpurgico Auſtriaca ab a. 1331.*

OTTO *Jucundus* Alberti I. Imperat. F. *vid. pag. 9.* ALBERTUS II. *Contractus.* RUDOLPHUS IV. *Ingenioſus.* ALBERTUS III. *cum Trica.* LEOPOLDUS III. *Probus.* WILHELMUS *Ambitioſus.* ERNESTUS *Ferreus* miram illam inveſtiendi Ducis conſuetudinem teſte *Fuggero* ultimus admiſiſſe fertur, quamvis *Bollandus* addat

 etiam

etiam Carolum & Ferdinandum I. filium poſtea Imperat. ad Saxeum illud tribunal (attamen ſine agreſti cultu & alapâ à ruſtico infligenda) inauguratos fuiſſe. FRIDERICUS *Placidus*. MAXIMILIANUS I. CAROLUS I. (V.) FERDINANDUS I. CAROLUS II. FERDINANDUS II. FERDINANDUS III. LEOPOLDUS. JOSEPHUS. CAROLUS III. 22. Auguſti 1728. in Carinthia fidei & ſubjectionis Sacramentum excepit, hodiedum glorioſiſſimè Regnans.

## §. IV.

### *Succeſſio Genealog. Ducum Carnioliæ.*

### ORIGO DUCUM CARNIOLIÆ.

*Carniolam*, quaſi parvam Carniam tempore Auguſti Cæſ. Romanis ſubjectam, Japides, Vandali, Heruli, Gothi, ac Longobardi ſeu immorati ſeu tranſeuntes incoluêre, quos Secuti Slavi, Vendi ſeu Windi ſub an. 548. ſtabilem iſthic ſedem fixerunt, ac gentem ſuam cum idiomate propagarunt, *Carnioliâ* à *carnis* hucuſquè extenſis jam tum nuncupatâ. Carnioli cum Carinthis Hunnorum, ut ſuperiùs dictum, ſervituti ſubjecti, ejuſdem Samonis virtute vindicati ſunt. Sub a. 788. Carolus M. limitaneos his terris, & Forojulio Præfectos conſtituit, quorum primus Ericus Forojulienſes & Carnio-

niolos ad an. uſque 799. moderatus eſt, ab oppidanis per inſidias truncatus. Hunc in gubernanda Provincia ipſi Carinthiæ Duces ſecuti ſunt, donec à Carinthia avulſa 1165. à Friderico Ænobarbo in ſingularem Marchionatum evecta proprios quôque Principes cenſuit, à Crainburgo Ducali ſede nomen ſortitos. At a. 1230. deficientibus Marchionibus Crainburgicis Provinciæ ſtatus Carnioliam Friderico II. Bellicoſo Auſtrio detulêre donatione à Friderico II. Imperat. approbatâ, qui Carnioliam ad Ducatûs prærogativam 1233. evexit: ab Alberto dein I. Imperat. Duci Carinthiæ Mainhardo elocata rurſus cum Carinthia 1335. ad Auſtriam devoluta eſt.

## *Familiæ Regnantes III.*

I. Gubernatorum & Ducum Carinthiæ. II. Marchionum Crainburgicorum. III. Habſpurgica.

*I. Gubernatorum & Duc. Carinth. ab a. 788. ad 1165. per an. 176.*

ERICUS a Carolo M. Gubernator conſtitutus. 788. perfide ab oppidanis occiditur 799. gubern. 11. quem ſecuti ſunt Duces Carinthiæ uſque ad Ulricum I. CODOLAUS. BALDERICUS. CAROLOMANNUS. ARNULPHUS. EBERHARDUS. BERTHOLDUS I. CON-

RADUS I. HENRICUS I. OTTO. HENRICUS II. CONRADUS II. CONRADUS III. WELPHUS. BERTHOLDUS II. MARQUARDUS. LEOPOLDUS. HENRICUS III. ERBO. ENGELBERTUS. HENRICUS IV. *de quibus vide tit. Duc. Carinth.*

*II. Marchionum Crainburgicorum ab an. 1165. ad 1233. per an. 78.*

CUNO ſeu CONRADUS. ENGELBERTUS. HERMANNUS. HENRICUS. BERTHOLDUS ordine continuô; nam plura de illis ſi nomina excipias, non extant.

Extinctis Marchionibus Crainburgicis Carnioli ſeſe Friderico II. Bellicoſo ſponte ſubjecêre, quo demortuo Hermannus Badenſis, tum Ottocarus Rex Bohem. Carnioliam vendicat eô à Rudolpho I. cæsô. Albertus I. Auſtriâ, Styriâ, ac Carnioliâ donatur. *vid. p. 7.*

*III. Habſpurgica ab a. 1282.*

ALBERTUS I. Dux Carnioliæ 1282. ad an. 1308. FRIDERICUS *Pulcher.* ALBERTUS II. *Contractus* ſeu *Sapiens.* RUDOLPHUS *Ingenioſus.* ALBERTUS III. *cum Trica*, etſi fratri Leopoldo III. Styriam 1370. ceſſerat, ſervatâ ſemper Carnioliâ quædam oppida ex foro Julij & Iſtria à Comi-

mitibus Goritienſibus coëmit. LEOPOLDUS III. *Probus* & reliquos Succeſſores *vid. tit. Duc. Styriæ p. 17.* CAROLUS VI. cui ordines 29. Aug. 1728. ſolenne Sacramentum nuncupant, hodiedum glorioſiſſimè Regnans.

## *Comitatus Goritienſis.*

Goritienſis Comitatus, nobilis Forojulij portio, unde ortum ducat, ambiguum eſt. *Megiſerus* antiquiora excutere diffidens, Albertum I. ſub finem ſæculi XI. ab Henrico IV. Imperat. primum Goritiæ Comitem inſtitutum fuiſſe autumat; verùm jam ſæculo X. Meinardus, Marquardus, B. Otwinus, aliique ea dignitate illuſtres in annalibus recenſentur. Vero ſimillimum eſt Goritienſem Comitatum à diviſione Forojulij (quod poſt Romanos Longobardis, mox ſub Caroli M. Imperio beneficiariis Ducibus, & facta 828. diviſione quaternis Marchionibus ſuberat) originem trahere, dein à Mainhardo II. ob conjugium cum Adelheide, Tyrolis hærede, cum Tyrolenſi Com. coaluiſſe per filios verò Mainhardum III. & Albertum rurſum diviſum, denique demortuô ſine liberis Leonardô ultimo Comite à Maximiliano I. Imperat. ex veteri pacto velut vacuum feudum Auſtriæ inſertum fuiſſe.

## §. V.

*Succeſſio Genealog. Comitum Tyrolis.*

## ORIGO COMITUM TYROLIS.

TYrolenſem Comitatum à Teriolis *Tyrol* hodie, tenui ad Atheſim Caſtro nomen mutuantem, Norici, Rhætiæque partem à Tuſcorum propagine, Rhætis habitatam fuiſſe veterum ſcriptorum teſtimoniô compertum eſt. Diu, multumque Galliæ, Italiæque finibus infeſti Rhæti Octaviani Augusti tempore à Druſo tandem repulſi, ac rurſus accedente Tiberio in Romanorum poteſtatem redacti, Romanis, Græcísve Imperatoribus ad ſæculi ſexti dimidium in Tyroli paruêre, donec pars maxima agri Tyrolenſis Bojariæ, reliqua ad meridiem Longobardis ceſſerat ab a. 571. quô Alboinus eorum Rex Papiam cepit latè in Italia dominantibus. Ab ea tempeſtate communi cum Bojaria Tyrolis fortunâ uſa eſt, dum 1180. Fridericus Ænobarbus proſcriptô Henricô Leone Bavarô, abrogatis Præfectis limitaneis ſeu Marchionibûs Bavariæ Ducibus obnoxiîs, eos Cæſarum poſthac non Ducum beneficiarios, ſimul ac hæreditarios eſſe juſſit. Inter hos Bertholdus ex Antechiana ſtirpe Bertholdi Iſtriæ Marchionis filius Tyroli à Bavaria avulſæ ſub Meraniæ Du-

Ducis titulo præfuit, ac novum ibi Principatum erexit. Devolutô dein ad Albertum Tyrolenſis arcis Comitem Principatu, is nomine Tyrolis Comitis regionem univerſam complexus eſt, quô extinctô diſtractâ in duas partes regione Gebhardo Hirsbergenſi Comiti Eliſabethæ Conjugis Alberti filiæ jure Oenana vallis, Mainhardo verò II. Comiti Goritienſi Adelheidæ Conjugis, ejusdem Alberti filiæ hæreditate Tyrolenſis Comitatus in dotem ceſſit, verùm Mainhardus III. Mainhardi II. filius Carinthiæ Ducatu, & opibus auctus Oenanâ valla coëmptâ diſciſſam ante Tyrolim 1284. rurſus conjunxit. Demum Margaretha *Maultaſchia* Mainhardi ex Henrico filio Neptis amiſsô filiô unicô Mainhardo a. 1363. ſolenni diplomate Auſtriacos Duces Rudolphum, Albertum, & Leopoldum Fratres, Conſobrinos ſuos hæredes inſtituit, donatione à Carolo IV. Imperat. confirmata.

## *Familiæ Regnantes III.*

I. Andechiana. II. Goritienſis. III. Auſtriaca.

*Andechiana* Comitum, dein Ducum familia ab *Andechio* arce quondam fortiſſima in ſuperiore Bavaria ſita nomen traxit, ac originem ſuam Rapoldo Arnulphi Imperat. (ut quidam arbitrantur) Notho adſcribit ſæculo X.

*I. Andechiana ab a. 1180. ad 1238. per an. 68.*

BERTHOLDUS III. Bertholdi II. Com. Andechiani F. nona generatione à Rapoldo deſcendens, primus Dux Meraniæ à Friderico I. Imperat. a. 1180. creatus. m. 1188. Duc. 8. BERTHOLDUS IV. F. m. 1204. Duc. 16. OTTO I. *Senior* ſeu *Magnus* F. Oeniponti Conditor. m. 1234. Duc. 30. OTTO II. *Junior* F. ultimus Dux Meraniæ occid. 1248. Duc. 14.

Extinctô ſine liberis Ottone II. Albertus Comes Tyrolenſis Juthæ Conjugis, Bertholdi IV. Meraniæ Ducis filiæ jure in Tyroli 1248. ſucceſſit, ſolius Comitis Tyrolenſis nomine uſus, inde Adelheide filiâ Mainhardo Goritienſi Comiti elocata ad *Goritienſes* Tyrolis devoluta eſt. m. Albertus 1254. Com. 6.

*II. Goritienſis ab a. 1256. ad 1363. per an. 107.*

MAINHARDUS II. Mainhardi I. Com. Gorit. F. Tyrolim dotis nomine obtinet 1256. m. 1260. Com. 4. MAINHARDUS III. F. Comitatu Goritienſi fratri Alberto relicto Tyroli imperat, per Conjugem Agnetem Hermanni Badenſis Marchionis filiam & Ulrici III. Carinthiæ Duc. viduam, Rudolphi I. Imperat. permiſſu, Carinthiam obtinet. m. 1296. Com. 36. Succeſsêre Filij LUDOVICUS. m. 1305. Com. 9. OTTO m. 1310. Com. 5. & HENRICUS aliquam-

quamdiu Rex Bohem. (*vid. part. 1. p. 71.*) m. 1331. Com. 21. relicta filia MARGARETHA *Maultaſchiâ* Tyrolis hærede, quæ mortuo unico filio Mainhardo IV. Auſtriacos Duces Conſobrinos hæredes inſtituit 1363. m. 1366. Com. 32.

*III. Habſpurgico-Auſtriaca ab an. 1363.*

RUDOLPHUS *Ingenioſus* Comes Tyrolis 1363. *vid. p. 9.* ALBERTUS III. *cum Trica* Fr. *vid. p. 10.* LEOPOLDUS III. *Probus* Fr. ſolus Tyroli imperat 1380. ad Sempacum ab Helvetis occid. 1386. Com. 23. *Uxor Leopoldi unica :* Viridis Barnabonis Duc. Mediolan. filia; ex qua 7. liberi ſuſcepti: 1. Wilhelmus *Ambitioſus.* 2. Fridericus *à vacua pera* dictus. 3. Leopoldus IV. *Superbus.* 4. Erneſtus *Ferreus.* 5. Eliſabetha Henrici Com. Gorit. ſponſa. 6. Margaretha Duc. Joannis Lucemburg. Caroli IV. Imperat. filij conjux. 7. Catharina Abbatiſſa ad D. Claræ Viennæ. Leopoldi 4. filij communi primùm nomine Provinciis præfuêre; at defuncto Wilhelmo *Affabili* Fridericus Tyrolim, Erneſtus Styriam, Carinthiam, & Carnioliam, & Leopoldus Dominia Habſpurgica in Alſatia, Helvetia, & Suevia obtinet. WILHELMUS *Affabilis* F. *vid. p. 17.* FRIDERICUS *Senior* Fr. ob liberatum Pontificem Joannem XXIII. 1415. exauthoratur, & Dominiis in Helvetia à

Sigismundo Imperat. à fratre Erneſto Tyroli exuitur, unde *à vacua pera* cognominatus eſt. reſtituitur 1418. aureum tectum Œniponti extruit. m. 1439. Com. 50. opimâ hæreditate filio relictâ. *Uxores Friderici duæ:* I. Eliſabetha Ruperti Imperat. filia. II. Anna Friderici Brunsvic. Imperat. filia, ex quibus 5. liberos ſuſcepit: 1. Sigismundum Succeſſorem, & alios 4. qui in infantia deceſſerunt. SIGISMUNDUS F. ſub tutela Friderici III. Imperat. poſt mortem Ladislai Poſthumi 1457. Alberto Prodigo Auſtriam cedit, ob Nicolaum Cuſanum Epiſcop. Brixinenſem, carceri mancipatum, excommunicatur 1460. at 1464. anathemate ſolutus nullâ relictâ legitima prole Maximilianum I. poſtea Imperat. 1489. hæredem ſcribit. m. 1496. Com. 40. MAXIMILIANUS I. CAROLUS V. FERDINANDUS I. Fr. (Imperatores) *vid. p. 11.* FERDINANDUS II. F. cum Tyroli Sueviam, Alſatiam, Helvetiam, & Brisgoviam 1564. obtinet. m. 1595. Com. 31. *Uxores Ferdinandi duæ:* I. Philippina Franciſci Welſeri Auguſtani Patritij filia, ex qua Andreas ab Auſtria dein Cardinalis & Belgij Gubernator, & Carolus itidem ab Auſtria dictus, cui Burgovia obtigit, prognati ſunt. II. Anna Catharina Duc. Wilhelmi Mantuani filia, ex qua Annam Mathiæ Imperat. Conjugem nul-

lam verò maſculam prolem tulit. RUDOLPHUS II. Imperat. MAXIMILIANUS Fr. mortuô Rudolpho Tyrolim obtinet 1612. m. 1618. Com. 6. *vid. part. 1. p. 35.* FERDINANDUS II. Imperat. *vid. p. 11.* LEOPOLDUS V. Fr. Epiſcopus Argentorat. & Paſſavienſ. Epiſcopatum utrumque in Patruelem Leopoldum Wilhelmum Ferdinandi II. Imperat. filium transfert 1626. ac Tyrolim cum Suevia, Helvetia, & Alſatia obtinet. 1629. m. 1632. Com. 3. *Uxor Leopoldi unica:* Claudia Ferdinandi I. Duc. Florentiæ filia, quæ ſequentes 5. liberos peperit: 1. Mariam Eleonoram. 2. Iſabellam Claram Caroli III. Duc. Mantuani uxorem. 3. Ferdinandum Carolum. 4. Sigismundum Franciſcum Succeſſores. 5. Mariam Leopoldinam Ferdinandi III. Imperat. Conjugem. FERDINANDUS CAROLUS F. m. 1662. Com. 30. *Uxor ei unica:* Anna Coſmi II. Duc. Florentiæ filia, relictâ filiâ Claudiâ Felicitate, Leopoldi I. Imperat. ſecunda Conjuge. SIGISMUNDUS FRANCISCUS Fr. antea Epiſcopus Auguſtanus, Gurcenſis & Tridentinus mortuo Fratre Mariam Hedwigem Com. Palatini Chriſtiani Auguſti Sulzbacenſis filiam ſibi deſpondet, ante nuptias m. 1665. Com. 5. LEOPOLDUS VI. (I. Imperat.) mortuo ſine hærede Sigismundo Franciſco Tyrolim

 rur-

rurſus Auſtriæ jungit, 1665. Oenipontum profectus à Provinciæ ordinibus 20. Octob. homagium excipit, irruentem 1703. in Tyrolim Bavarum forti manu ejicit. JOSEPHUS I. CAROLUS VI. hodiedum glorioſiſſimè regnans *vid.p. 12.*

# CAPUT II.

## SUCCESSIO GENEALOGICA ELECTORUM S. R. I.

## ORIGO ELECTORUM S. R. I.

IMperium Romanum initiò ſuccedentes ſibi hæreditariò jure Principes habuit: Electioni ſubinde locus datus, Imperatoribus Exercituum aut Prætorianorum ſuffragio in ſolium evectis. *Matthæus Pariſienſis* & *Card. Barronius* recenſent Caroli M. poſteros ad Ottonem III. hæreditate Imperium obtinuiſſe, qui cum Agnato ſuo Gregorio V. Pont. (nè Imperialis Majeſtas ad alienas gentes delaberetur) jus Electionis penes Germanos Proceres eſſe voluit. Innocentius verò IV. a. 1245. Friderico II. Imperante Lugdunenſi in concilio Electoralem poteſtatem ad ſeptemviros contraxit; nempe Duces Auſtriæ, Bavariæ, Saxoniæ, & Brabantiæ, Archiepiſcopos Colonienſem, Moguntinum, & Salisburgenſem. *Alexander Natalis*, & cum

cum eo *Pagius* ab Ottone III. ad Friderici II. tempora Imperatores à Principibus Imperij electos eſſe perhibent, & à Joanne XIII. Romæ in Coronatione Ottonis I. Imperat. jus illud Germaniæ Proceribus conceſſum eâ lege, ut Imperium Romanum Germaniæ Regno ſemper junctum foret. Friderici II. Imperat. tempore ad ſeptenarium numerum hæc dignitas reſtricta eſt, ita ut Archiepiſcopus Moguntinus *Germaniæ*, Trevirenſis *Galliæ*, & Colonienſis *Italiæ Cancellariorum*, Marchio Brandeburgicus *Imperij Camerarij*, Palatinus *Dapiferi*, Dux Saxoniæ *Enſiferi*, Rex Bohemiæ *Pincernæ* munere fungerentur. Poſtremùm ob atrocia inter Electores de jure eligendi jurgia Carolus IV. a. 1366. in aurea bulla certam Electoribus formam & modum eligendi etiamnum ſervatum præfixit. Septenarium Electorum numerum auxêre Ferdinandus II. & Leopoldus I. Imperatores, dum ille Friderico V. Palatino Electore, ob acceptum à rebellis Bohemiæ regnum proſcripto, Maximiliano Bavariæ Duci a. 1623. Electoralem dignitatem *Archi-Dapiferi* nomine attribuiſſet; ſed reſtituto mox in Weſtphalica pace Carolo Ludovico, Friderici Palatini filio 1648. octavum locum cum *Archi-Theſaurarij* dignitate addidiſſet, Leopoldus tandem I. novemviratum auxiſſet, Erneſto

Au-

Auguſto Duce Hannoverano nono Electore 1692. inaugurato.

## §. I.

### *Succeſſio Genealogica Electorum Bavariæ.*

### *Familia Regnans unica.*

*Wittelsbacenſis ab a. 1623.*

MAXIMILIANUS I. Wilhelmi V. Duc. Bav. F. proſcriptô Friderico V. Palatino Electoralem dignitatem cum ſuperiore Palatinatu à Ferdinando II. Imperat. ob conſtantem fidelitatem, operamque bellicam Cæſari navatam adeptus eſt 1623. m. 1651. Elect. 28. (Ejus ſecunda uxor Maria Anna Ferdinandi II. Imperat. filia. Ejus Frater Albertus per uxorem Mathildem Landgraviatum Leuchtenbergicum Bavariæ jungit 1612.) FERDINANDUS MARIA F. defuncto Ferdinando III. Imperat. de vicariatu Imperij cum Palatino tricatur. m. 1679. Elect. 28. MAXIMILIANUS II. MARIA EMANUEL F. ſub tutela Patrui Maximiliani Philippi Leuchtenbergici obſidione Viennæ cum cæteris Ducibus Turcas depellit 1683. in Turcico bello Cæſari aſſiſtit 1684. & ſequentibus, Mariam Antoniam Leopoldi I. ex Margaritha Hiſpana filia ſibi deſpondet 1685. Gubernator Belgij Hiſpa-

nici conſtituit 1691. Gallicas partes 1702. amplexus ditionibus & Electorali dignitate cum fratre Joſepho Clemente Electore Colonienſi exuitur & deſtituitur 1706. in pace dein Raſtadienſi & Badenſi reſtituitur 1714. m. 1726. Elect. 39. CAROLUS ALBERTUS F. hodiedum regnans. nat. 6. Aug. 1697. ſuccedit Patri 1726. *Parentes* Maximilianus Emanuel, & Thereſia Cunegunda Sobiesky Regis Joannis III. Poloniæ filia 1676. nata. deſponſ. 1695. vidua 1726. m. 26. Febr. 1730. *Ser. Conj.* Maria Amalia Joſephi Imperat. filia. nat. 1701. deſponſ. 17. Oct. 1722. *Liberi.* I. Maria Antonietta Walpurgis. nat. 17. Jul. 1724. II. Thereſia Benedicta nat. 6. Dec. 1725. III. Carolus Max. Joſephus nat. 28. Mart. 1727. *Soror* Maria Anna Carolina, nat. 1696. *Fratres tres.* I. Ferdinandus Maria Dux Bavariæ nat. 1699. II. Clemens Auguſtus nat. 1700. Epiſcop. Monaſterienſis 1719. Elector Colon. 1723. III. Joannes Theodorus nat. 1703. Epiſcop. Ratiſpon. 1719. Friſingenſ. 1727. *Parentis ſoror.* Violenta Beatrix nat. 1673. Ferdinandi Medicei Princip. Florent. conjux 1688.

Succeſſionem Genealogicam Electorum Bohemiæ. *vid. tit. Reg. Boh.*

§. II.

## §. II.

## *Succeſſio Genealogica Electorum Brandenburgicorum.*

### *Familiæ Regnantes IV.*

I. Anhaltina ſeu Aſcania. II. Bavarica. III. Lucemburgica. IV. Zollerana.

*I. Aſcania ab a. 1152. ad 1322. per an. 170.*

ALBERTUS I. *Urſus*, Ottonis *Divitis* Marchionis Soltvedelenſis F. Aſcaniæ Comes ac Princeps Anhaltinus, primus Electorali dignitate condecoratus 1152. m. 1170. Elect. 18. OTTO I. F. m. 1196. Elect. 26. OTTO II. F. m. 1206. Elect. 10. ALBERTUS II. Fr. è carcere ad Marchionatum evocatus m. 1221. Elect. 15. JOANNES I. F. Pomeraniæ finibus magna ex parte auctis m. 1266. Elect. 45. JOANNES II. F. m. 1285. Elect. 19. OTTO III. *Sagittarius* Fr. m. 1298. Elect. 13. CONRADUS I. Fr. m. 1304. Elect. 6. JOANNES III. F. m. 1305. Elect. 1. WALDEMARUS I. Fr. m. 1319. Elect. 14. WALDEMARUS II. Waldemari I. ex Fratre Henrico cognomentô *ſine terra* Nepos, m. 1322. Elect. 3. JOANNES IV. Fr. m. 1322. Elect. 14. die, exſtinctâ in eo *Aſcania* familia 12. Electorum ferale.

*II. Bavarica ab a. 1322. ad 1373. per an. 51.*

Ex-

Extinctâ Alberti Anhaltini lineâ Ludovicus Bavarus Imperator Marchiam, Imperij feudum declarans, in filium Ludovicum eandem cum ſeptemvirali dignite tranſtulit 1322.

LUDOVICUS Ludovici Bavari F. (eo regnante Pſeudo-Waldemarus, Jacobus Rehbock nomine, Marchiam ſibi vendicare cœperat 1348. at propudioſè dein ejectus cedere cogitur. Ludovicus verò diſſenſionum tædiô captus Marchiam fratri tranſcripſit, 1351. reſervatâ ſibi tamen, quoad viveret electorali dignitate, à Conjuge venenô ſublatus 1361. Elect. 39. LUDOVICUS ROMANUS Fr. m. 1366. Elect. 5. OTTO IV. Fr. ſimul Comes Palatinus Rheni, dum pacti cum Carolo IV. Imp. de ſucceſſione, ſi improlis decederet, initi fidem frangeret, Nepotem Fridericum Locumtenentem Marchiæ conſtituendo, ab eodem ducentis millibus Hungaricis Marchiam ſibi tranſcribere coactus 1373. Elect. 7. m. 1379.

*III. Lucemburgica ab 1373. ad 1417. per an. 43.*

CAROLUS IV. Imperator & Bohemiæ Rex jus ſibi vendicatum continuò in Filium tranſtulit m. 1378. WENCESLAUS F. à morte Parentis Imperator & Bohemiæ Rex Fratri Marchiam renunciavit 1378. Elect. 5. SIGISMUNDUS Fr. (ſimul Rex Ungariæ

riæ & Bohemiæ ) Marchiam JODOCO Moravo vendidit, quam aut pignoris locô aut pretiô WILHELMUS *Dives*, Thuringiæ Landgravius, Friderici Bellicoſi Saxoniæ Electoris Fr. poteſtati ſuæ adjecit 1410. ſed Sigismundus Imperat. 1411. aut 1412. rurſum pretiô redemptam Friderico Burggravio Norimbergenſi è domo *Zollerana*, à Thaſſilone oriunda, cum electorali dignitate hæreditario jure poſſidendam. 400. millium florenorum pretiô tradidit & 1417. in Concilio Conſtantienſi concordi Electorum voce ſolenni inveſtiturâ confirmavit.

*IV. Zollerana ab 1417.*

FRIDERICUS I. ( VI. Burggravius Norimberg.) Friderici V. F. m. 1440. Elect. 23. FRIDERICUS II. F. Fratri Joanni ob fortitudinem & magni animi indolem præhabitus Electoralem dignitatem in fratrem Albertum transfert 1470. m. 1471. Elect. 30. ALBERTUS Fr. à Pio II. ob fortitudinem & prudentiam *Achilles Germanicus*, & *Ulyſſes Teutonicus* dictus m. 1486. 19. prolium parens. Elect. 16. JOANNES *Germaniæ Cicero* F. m. 1499. Elect. 13. JOACHIMUS I. *Neſtor* F. m. 1535. Elect. 36. JOACHIMUS II. F. Lutheri ſectæ adhæſit, publicè eandem profeſſus 1539. m. 1571. Elect. 36. JOANNES GEORGIUS F. m. 1598. Elect. 28. JOACHIMUS

MUS FRIDERICUS, priùs Epiſcopus Magteburgenſis, Ducatum Jegerndorffenſem, Georgiô Friderico agnatô mortuô, hæreditario jure adeptus, Alberto Friderico animo imbecili, nullius conſilij prudentiæque Principi ſuffectus Boruſſiam adminiſtravit m. 1608. Elect. 10. JOANNES SIGISMUNDUS F. Calvini dogmata amplexus 1614. m. 1619. Elect. 11. GEORGIUS WILHELMUS Alberto Friderico decedente ſupremum in Bruſſiam Imperium obtinuit 1618. m. 1640. Elect. 21. FRIDERICUS WILHELMUS F. *Magnus* Clariſſimus Victoriis initâ cum Rege Poloniæ Regníque ordinibus pacificatione â clientela eximitur, liberáque poſſeſſio Boruſſiæ illi confirmatur 1657. m. 1688. Elect. 48. FRIDERICUS III. F. (primus Rex Pruſſiæ 1701.) m. 1713. Elect. 25. FRIDERICUS WILHELMUS hodiedum regnans. *Ejus Genealog. vid. tit. Reg. Pruſſ. part. I. p. 188.*

## §. III.

### *Succeſſio Genealog. Electorum Brunswico-Luneburgicorum.*

### *Familia Regnans unica.*

*Hanoverana ab a. 1692.*

ER-

ERNESTUS AUGUSTUS Georgij Ducis F. natu minimus primùm Epiſcopus Oſnabrugenſis, & Principatûs Hanoverani à morte Fratris Joannis Friderici hæres, ob eximia domui Auſtriacæ exhibita obſequia à Leopoldo I. Imperat. Electorali dignitate 1692. conſentiente Georgio Wilhelmo Duce Zellenſi fratre natu maximo hærede maſculo carente ornatus, jure primogenituræ in domum Hanoveranam inductô. m. 1698. Elect. 6. GEORGIUS LUDOVICUS F. diverſis bellis tum Turcicis tum Gallicis intereſt, Magnæ Britanniæ Rex 1714. *vid. p. 1. pag. 61.* GEORGIUS AUGUSTUS F. hodiernus Elector Hanoveranus. *Ejus Genealog. vid. p. 1. p. 62.*

## §. IV.

### *Succeſſio Genealogica Electorum Palatinorum.*

### *Familiæ Regnantes III.*

I. Bavarica. II. Bipontina. III. Neoburgica.

*I. Bavarica ab a. 1231. ad 1559. per an. 325.*

OTTO *Illuſtris* Ludovici I. Duc. Bavar. & 1211. Com. Palatin. à Friderico II. Imperat. creati F. ductâ 1225. Agnete Henrici Com. Palatin. filia, Primus Elector Palatinus declaratur 1231. m. 1253. Elect. 22. poſtquam filiis Ludovico jus ſucceſſionis in

Ele-

Electoratu ac ſuperiorem Bavariam, Henrico inferiorem tranſcripſiſſet. LUDOVICUS II. *Severus* F. primam conjugem Mariam Henrici III. Duc. Brabant. filiam ob adulterij ſuſpicionem necari jubet. m. 1294. Elect. 41. relictis ex Mechtilde Rudolphi Habſpurg. Imperat. filia Rudolpho Electore, & Ludovico Bavaro Imperat. RUDOLPHUS I. *Balbus* F. poſt mortem Rudolphi Habſpurg. Imperat. partes Adolphi Naſſovij tenet, a Fratre Ludovico Imperat. exauthôratur 1316. exul in Anglia m. 1319. Elect. 22. ejus filij Adolphus, Rudolphus, & Rupertus à Ludovico Bavaro Imperat. 1319. Palatinatu rurſus donati ſunt. ADOLPHUS *Simplex* F. dignitati Paternæ reſtituitur 1319. neglectô etiam Ruperto filio, fratri Rudolpho Electoratum cedit. 1327. Elector 8. RUDOLPHUS II. *Cæcus* Fr. 18. annorum Palatinatui præficitur. cui 1329. à Ludov. Bavaro Imperat. Inferior Palatinatus reſtituitur, jure tamen alternationis in Electoratu inter Duces Bavar. & Elect. Palatinos inſtituto, ac mortuo Joanne ultimo Duc. infer. Bavar. Ludovicus Imperat. eandem ſibi reſervat, Provinciolâ, quæ hodie ſuperior Palatinatus dicitur Com. Palatinorum Domui attributâ. m. 1353. Elect. 26. relictâ unicâ filiâ Annâ Caroli IV. Imperat. ſecundâ conjuge. RUPERTUS I. *Rufus* ſeu

ſeu *Senior* Fr. univerſitatis Haidelbergenſis Conditor, cum Stephano fibulato Bavariæ Duce ob alternationis jus multa tricatur. Carolus IV. Imperat. 1356. in Comitiis Imperialibus dignitatem Electoralem Ruperto ac poſteris Palatinis Comitibus ſtabilit. m. 1390. Elect. 37. RUPERTUS II. *Tenax* ſeu *Durus* Adolphi *Simplicis* F. poſt mortem Caroli IV. Imperat. plurima in ſuperiori Palatin. recuperat. In bello Brandeburg. contra Pſeudo-Waldemarum impoſtorem capitur. m. 1398. Elect. 8. RUPERTUS III. *Rigoroſus* ſeu *Klemm* ſeu *Juſtinianus* ob juſtitiam cognominatus F. Comitatum Simmerenſem coëmit, Kirchbergenſem poſt mortem Gerhardi ultimi Com. 1408. ac Spanheimenſem Comitatum per Eliſabetham Ruperti *Pipan* filij conjugem obtinet. m. 1410. Elect. 12. relictis quatuor filiis, quorum I. Ludovicus in Electoratu ſuccedit. II. Joannes ſuperiorem Palatinatum poſſidet, cujus filius Chriſtophorus per Sophiam Matrem Pomeranam Rex Daniæ creatur 1439. cum quo 1443. linea hæc extincta eſt. III. Stephanus Simmerenſem & Bipontinum comitatum obtinet, Simmerenſis & Bipontinæ ac 2dæ Elector. lineæ Fundator. IV. Otto nullo relicto Nepote. LUDOVICUS III. *Barbatus* ſeu *Cœcus* F. Paleſtina redux ob longam barbam, *Bar-*

*Barbatus* dicitur. 1401. Vicarius Imperij à Patre conſtituitur, m. 1439. Elect. 29. filij ejus Rupertus Colonienſis, Ludovicus, & Fridericus Palatini Electores. LUDOVICUS IV. *Manſuetus* F. m. 1449. Elect. 10. FRIDERICUS I. *Victorioſus* Fr. à rebus bellô geſtis ſic dictus 1471. a Friderico III. Imperat. exauthoratus, jure tamen ſuo fruitur. Comitatum Lutzenſteinenſem armis, Lœwenſteinenſem ære ſibi comparat. Diethero Iſenburgico contra Adolphum Naſſovium aſſiſtit, vincitque 1462. cœlebs m. 1476. Elect. 27. PHILIPPUS *Ingenuus* Ludovici Manſueti F. poſthumus, ſub quo Bavaria incurſione hoſtium direpta eſt. Ruperto *Virtuoſo* filio Bavariam ob Eliſabetham Conjugem Ducis Georgij *Divitis* Bavari filiam prætendente m. 1508. Elect. 32. LUDOVICUS V. *Pacificus* F. poſt mortem Maximiliani I. Vicarius Imperij. m. ſine hærede 1544. Elect. 36. FRIDERICUS II. *Sapiens* Fr. ſub quo à Carolo V. Imperat. Electoris Palatini inſignibus aureum Imperiale pomum adjicitur. Exercitum contra Turcas Viennam obſidentes cum Patruele Philippo *Bellicoſo* Ottonis Henrici fratre 1529. ducit. m. improlis 1556. Elect. 12. OTTO HENRICUS *Magnanimus* Ruperti *Virtuoſi* Palatini Com. F. improlis m. 1589. Elect. 3. poſtquam 1548. Philippus *Bellicoſus* frater


ſi-

ſine hærede deceſſiſſet. Extinctâ hâc lineâ, ad *Simmerenſem* ac *Bipontinam* Conditore Stephano Ruperti III. *Rigoroſi* filiô dignitas Electoralis tranſiit.

*II. Bipontina ab a. 1559. ad 1685. per 101.*

FRIDERICUS III. *Pius* Joannis II. *Junioris* Com. Simmer. F. Ruperti *Rigoroſi* Atnepos, ex Luthericola reformatæ religionis fit aſſertor 1560. m. 1576. Elect. 17. LUDOVICUS VI. *Facilis* F. m. 1583. Elect. 7. FRIDERICUS IV. F. ſub tutela Joannis Caſimiri Ludovici VI. Fratris, mortuo 1592. Joanne Caſimiro dignitatem Electoralem adiit. m. 1610. Elect. 27. FRIDERICUS V. *Patiens* F. regnum Bohemiæ 1619. occupat, fugatur 1620. à Ferdinando II. Imperat. thronô 1621. & Electoratu 1623. deturbatur m. exul Moguntiæ 1632. Elect. 13. CAROLUS I. LUDOVICUS F. poſt annorum 25. interregnum in transactione Oſnabrugenſi 1648. Palatinatu inferiore, Electoris ſimul ac Architheſaurarij dignitate donatur, m. 1680. Elect. 32. CAROLUS II. F. cui ob ſterilitatem Wilhelminæ Erneſtinæ Conjugis Friderici III. Daniæ Reg. filiæ Philippus Wilhelmus Dux Neoburgicus in Electoratu ſuccedit, improlis m. 1685. Elect. 5. Ejus ſoror Charlotta Eliſabetha 1671. Philippo I. Aurelianenſi Duci elocata.

*III. Neoburgica ab a. 1685.*

PHI-

PHILIPPUS WILHELMUS Wolffgangi Wilhelmi Ducis Neoburgici F. Carolô II. ſine hærede extinctô Electoralem dignitatem adit, ob Charlottam Eliſabetham Philippi I. Aurelian. Ludovici XIV. Franciæ Reg. Fratris Conjugem in pleríſque Provinciæ locis jus hæreditarium urgentem, à Gallis 1688. obruitur, magnâque parte Palatinatûs exuitur. m. 1690. Elect. 5. JOANNES WILHELMUS F. exauthorato Bavariæ Electore 1708. Archi-Dapiferi dignitate ac ſuperiori Palatinatu ſuperſtites: à Joſepho I. Imperat. donatur; ſed 1714. hæc Bavarus recipit. improlis m. 1716. Elect. 26. CAROLUS PHILIPPUS Fr. hodiedum gubernans. nat. 4. Nov. 1661. Cæſareus Gubernator Tyrolis. Elect. 8. Jun. 1716. *Uxores duæ:* I. Ludovica Charlotta Principis Bogislai Radzivilij filia, March. Ludovici Brandeburg. vidua m. 1695. II. Thereſia Catharina Principis Joſephi Caroli Lubomirsky filia. m. 1712. *Filia ex prima Conjuge:* Eliſabetha Auguſta Electoralis Principiſſa. nat. 1693. deſponſ. 1717. Joſepho Carolo Emanueli hæreditario Principi Palatino-Sulzbacenſi, m. 1728. *Parentes:* Philippus Wilhelmus Elector, & Eliſabetha Amalia Georgij II. Landgravij Haſſiæ-Darmſtadenſis filia Philippi Wilhelmi ſecunda conjux, m. 1709. *Fratres* Alexander Sigismundus

Epiſ. Auguſt. ab 1690. Franciſcus Ludovicus, prius Elector Trevirenſis, nunc Moguntinus. Philippus Wilhelmus Com. Palat. Rheni. m. 1693. *vid. infra tit. Palat. Rheni.*

## §. V.

### *Succeſſ. Geneal. Electorum Saxoniæ.*

*Familiæ Regnantes III.*

I. Aſcania. II. Miſnienſis Erneſtina. III. Miſnienſis Albertina.

*I. Aſcania ab a. 1180. ad 1423. per an. 243.*

BERNARDUS Alberti *Urſi* Duc. Saxon. F. ab Imperat. Friderico Ænobarbo Electorali dignitate & Ducatu Saxoniæ, proſcriptô Henricô Leone, donatur, primus inſignia rutacei ſerti uſurpat, m. 1212. Elect. 32. (Ejus Frater OTTO Elector Brandeburgicus 1169. creatus.) ALBERTUS I. F. in Palæſtinam cum Friderico II. Imperat. profectus 1260. m. Elect. 48. (Ejus Frater Henricus Domûs *Anhaldianæ* Propagator.) ALBERTUS II. F. ob Conjugem Agnetem Rudolphi Habſpurgici Imperat. filiam Palatini Saxoniæ titulô 1288. ornatur, dignitate hac Electoribus Saxoniæ ſemper tributa. m. annô circiter 1298. Elect. 38. aut 1308. Elect. 48. RUDOLPHUS I. F. favente Rudolpho I. Imperat. Comitatum Brehnanum ac Burggraviatum Magdeburgicum obti-

tinet. m. 1356. Elect. 48. RUDOLPHUS II. F. cum Erico II. Saxo-Lauenburgico Duce de dignitate Electorali multa tricatur, à Carolo IV. Imperat. ſtabilitur. m. 1370. Elect. 14. WENCESLAUS Fr. m. 1388. Elect. 18. RUDOLPHUS III. F. ab Huſitis venenô tollitur 1418. Elect. 30. ALBERTUS III. Fr. ultimus Elector è familia *Aſcania* improlis m. 1422. Elect. 4. extinctâ familiâ Electorali *Aſcaniâ* Ericus V. Dux Saxo-Lauenburgicus, utpote proximus agnatus, jus ſucceſſionis ſibi attribui voluit; at Imperator Sigismundus neglectô Ericô V. dignitatem Electoralem ac hæreditarias Alberti III. Provincias Friderico *Bellicoſo* Landgravio Thuringiæ & Marchioni Miſniæ 1423. contulit.

*II. Miſnienſis, dein Erneſtina. ab a. 1423. ad 1554. per an. 132.*

FRIDERICUS I. *Bellicoſus* Landgravius Thuringiæ, & Marchio Miſniæ, Friderici *Strenui* Landgravij Thuringiæ & Miſniæ Marchionis F. à Sigismundo Imperat. Ducis, Electoríſque Saxoniæ titulô inſignitur 1423. & 1426. confirmatur. Hujus ævô bellum Huſſiticum exarſit, variô Miſnienſes inter ac Bohemos marte geſtum. m. 1428. Elect. 5. relictis filiis Friderico, & Wilhelmo. Fridericus Saxoniam Electoralem dignitatem, Wilhelmus Thuringiam, ac alia

Saxoniæ Dominia obtinet, Friderici fratris filios hæredes ſcribit, adminiſtrationis jure ad dies vitæ ſibi reſervatô. m. 1483. FRIDERICUS II. *Placidus* F. bellum contra Huſſitas continuat, cum fratre de Provinciis tricatur, pacem ſecundò 1450. Naumburgi cum eodem init. m. 1464. Elect. 36. Ejus filij Erneſtus & Albertus per Cunzium Kauffungenſem ab arce Altenburgo ablati, at mox deprehenſi, reſtitutique ſunt. Albertus hæreditarius Friſiæ Gubernator conſtitutus *Albertinam*, Erneſtus ab ſe denominatam familiam inchoat. ERNESTUS F. *Erneſtinæ* lineæ Conditor, primùm cum Alberto fratre communi nomine Provincias gubernat; at 1485. diviſione factâ Erneſtus plurimam Thuringiæ partem obtinet. m. 1486. Elect. 22. FRIDERICUS III. *Sapiens.* F. Electoratum ac circulum Electoralem ſibi ſoli reſervat, cæteras Provincias cum fratre Joanne *Conſtante* communi nomine gubernat. Tempore Maximiliani I. Imperat. Imperij locumtenentis munus obit. cælebs m. 1525. Elect. 39. JOANNES *Conſtans* Fr. Albæ regali 1519. primus mœnia aſcendit, tumultus ruſticorum, qui 1525. exarsêre, componere juvat. m. 1532. Elect. 7. JOANNES FRIDERICUS I. *Magnanimus* F. ad Milbergam à Mauritio Duce Saxon. à partibus Cæſaris ſtante 1547. capitur, ac Ele-

Cto-

ctorali dignitate exuitur, poſt quinquennalem captivitatem patriæ hæreditati reſtituitur 1552. m. 1554. Elect. 15. relictis tribus filiis Joanne Friderico II. *Gothanæ*, & Joanne Wilhelmo *Vinarienſis*, & Joanne Friderico III. *Jenenſis* linearum Conditoribus.

*III. Albertina ab 1584.*

MAURITIUS Henrici *Pij* Ducis Saxoniæ F. poſt multa Cæſari in bello præſtita obſequia, exauthorato Joanne Friderico I. *Magnanimo* Auguſtæ Elector 1548. creatur. Cum Alberto Marchione Brandeburg. acie congreſſus globô trajectus periit. 1553. Elect. 5. AUGUSTUS Fr. è Dania redux Electoratum adit 1553. Dignitatem Electoralem familiæ *Albertinæ* ſtabilit, Naumburgum 1561. obtinet, poſtulatus Adminiſtrator Merſeburgicus m. 1586. Elect. 33. CHRISTIANUS I. F. celeri fato m. 1591. Elect. 5. CHRISTIANUS II. F. ſub Friderici Wilhelmi Altenburgici & Joannis Georgij Brandeburgici agnatorum tutela ad a. 1601. quo tempore Fridericus Wilhelmus Merſeburgum, Naumburgum, & Miſniam Saxoniæ jungit. m. 1611. Elect. 20. JOANNES GEORGIUS I. Fr. & lineæ *Albertinæ* Propagator Luſatiam & Sileſiam Cæſari armis ſubjicit, contra Cæſarem pugnat, quædam Luſatiæ & Sileſiæ op-

pida obtinet. 1635. Pragæ cum Cæſare pacem ſancit. m. 1656. Elect. 45. JOANNES GEORGIUS II. F. poſt mortem Ferdinandi III. Imperat. 1657. Imperij Vicarius dicitur. m. 1680. Elect. 23. JOANNES GEORGIUS III. F. 1661. ab Imperatore Imperij Magiſter venationum declaratur, 1672. a Patre Luſatiam gubernandam obtinet. 1680. regimen adit. 1683. Turcam Viennâ cum reliquis Principibus depellit. 1691. ſupremus ad Rhenum Comendans ab Imperatore creatur m. eodem anno. Elect. 11. JOANNES GEORGIUS IV. F. cum Electore Brandeburg. novum Equitum ordinem inſtituit, à Rege Angliæ Wilhelmo III. per legatum cæruleæ periscelidis Equitum ordine honoratur. improlis m. 1694. Elect. 3. FRIDERICUS AUGUSTUS Fr. (ſimul Rex Poloniæ.). *Ejus Genealog. vid. tit. Reg. Polon. part. 1. pag. 184.*

Electores Moguntinos, Colonienſes, & Trevirenſes *vid. infra tit. Principum Eccleſiaſt.*

* * *

## *Succeſſio Genealogica Ducum Lotharingiæ.*

# ORIGO DUCUM LOTHARINGIÆ.

*Lotharingia* ante Carolingios Cæſares pars magna Auſtraſiæ regni a *Lothario* I. Imp. nomen accepit; & ſuperior quidem, ſeu *Ripuaria* dicta, quæ communi appellatione hodie *Lotharingia* nominatur, Inferiorem ſeu Moſellanam nunc *Brabantiam* vocant. Secundùm Caroli M. poſteros Reginaldus (Rainerius) Comes Arduennæ à Ludovico II. Imperat. *ſuperiorem* Lotharingiam Ducatûs nomine obtinuit 868. Reginaldum Giſelbertus Filius, aliique inſecuti ſunt, dum Gerardo Alſatiæ Comiti Ducatus ille àb Henrico III. a. 1048. in feudum ceſſit. *Inferior* intereà poſt Arnulphum Imp. ejusdémque Filium Zwendeboldum & Ludovicum *Ultramarinum* Gozelonibus binis, & Gothofredis quatuor, variisque aliis paruit, à Gothofredo *Barbato* deinceps *Brabantia* appellata. *Superior* extinctis Maſculis Gerardi poſteris a. 1430. ad cognatos *Vademontios* Comites devoluta eſt, & utraque Lotharingia conjuncta.

### *Familiæ Regnantes III.*

I. Moſellana mixta. II. Alſatica. III. Alſatico-vademontia.

I. *Moſellana ſeu vetus mixta ab a. 868. ad 1048. per an. 180.*

REGINALDUS ( Rainerius ) Comes Arduennæ & Moſellanus, à Pharamundo originem trahens, primus Dux 868. m. 916. Duc. 48. GISELBERTUS F. à Carolo *Simplice* Rege Galliæ pulſus: à Socero Henrico *Aucupe* reſtituitur: ob rebellionē ab Ottone affine victus in fuga occid. 942. Duc. 26. HENRICUS F. puer obiit. 952. (Fluctuabat tum Lotharingia ſub HENRICO *Rixoſo* Bavaro, CONRADO *Sapiente* Duce Franconiæ, CAROLO, & OTTONE Ludovici IV. Reg. Franc. filio atque nepote. Ottonis arbitriò CONRADUS *Sapiens* à Wernero Conradi I. Cæſaris fratre genitus, 943. jam admatus eſt. Poſt hunc BRUNO Colonienſis Archi-Epiſcopus Fr. Ottonis, qui Archi-Ducis titulum uſurpavit, ad an. 959. ſucceſſit. HERMANNUS Comes Palatinus Rheni, qui obiit circitèr 969.) tum FRIDERICUS I. Ricuini, qui Frater fuit Giſelberti I., Nepos. m. circa an. 980. Duc. 11. THEODORICUS I. F. m. 1032. Duc. 52. FRIDERICUS II. F. ſinè hærede m. 1034. Duc. 2. GOTHELO I. Godofredi *Barbati* F. m. 1044. Duc. 10. Inde Gothelone II. & Godofredo II. fratribus pro ſuperiori Lotharingia decertantibus ab Henrico III. ALBERTUS, Al-

Alberti Namurcenſis Comitis, & Irmenegardis, Ludovici *Ultramarini* neptis, Filius Ducatui præficitur. Hic ubi 1048. decedit Henrico *Cæcô* impare hærede relictô, GERARDUS Alſatiæ Comes ductâ in uxorem Hedwige Alberti ſorore ejusdem Cæſaris beneficiô Dux Lotharingiæ creatur. 1048.

*II. Alſatica ab a. 1048. ad 1430. per an. 372.*

GERARDUS Gerardi II. Com. Alſatiæ F. binis filiis Theodorico & Gerardo ditiones partitur: huic Comitatum Vademontium, Illi Alſaticum cum Ducatu Lotharingiæ tradit, ex hoc *Lotharingica*, ex Illo *Vademontia* familia deſcendit; dum 1430. in unam coaluêre. m. 1070. Duc. 22. THEODORICUS *Violentus* F. m. 1115. Duc. 45. SIMON I. *Craſſus* F. m. 1139. Duc. 24. MATTHÆUS I. F. m. 1176. Duc. 37. SIMON II. *Simplex* F. *Pater Patriæ* dicitur. m. 1206. Duc. 30. FRIDERICUS I. *Corpulentus* Fr. m. 1208. Duc. 2. FRIDERICUS II. Simonis II. F. m. 1213. Duc. 5. THEOBALDUS I. *Pulcher* F. venenô ſublatus 1219. Duc. 6. MATHÆUS II. Fr. m. 1259. Duc. 40. FRIDERICUS III. *Calvus* Theobaldi F. m. 1303. Duc. 44. THEOBALDUS II. *Liberalis* F. m. 1312. Duc. 9. FRIDERICUS IV. *Athleta* F. m. 1328. Duc. 16. RUDOLPHUS F. in pugna cum Philippo Va-

leſio Gall. Rege ad Creſſiacum occid. 1346. Duc. 18. JOHANNES F. dum Ludovicum Andegavenſem Neapolim occupaturum ſequitur, ſumptô venenô m. 1382. Duc. 36. CAROLUS I. *Audax & Bellator* F. ſine hærede Maſculino relictis ſolùm Filiabus binis Catharinâ & Iſabellâ m. 1430. Duc. 48. interim Fridericus Fr. deſponſatâ ſibi Margaretâ Vadani montis hærede ultimâ; *Vademontiam* familiam *Alſaticæ* unit, & relictô filiô Antoniô gubernante adhuc Patre ante fratrem occiditur 1415.

*III. Alſatico-Vademontia ab a. 1430.*

RENATUS I. Andegavenſis in Regem Siciliæ, & Neapolim à Joanna II. adoptatur; demortuô Carolô *Audace* ejus filiam Iſabellam ducit, cujus jus hæreditarium prætendens, Lotharingiam vî occupare conatur; ab Antonio tamen Com. Vademontio, & Friderici Filio in prælio captivatur, 1431. reſtituitur eô pactô, ut Filiam unicam Jolantham Friderico Antonij filio deſponſet, & Friderici poſteris poſt mortem Lotharingiam, cum ditionibus ſuis omnibus cedat. m. 1480. Duc. 50. RENATUS II. Friderici VI. ex Jolantha F. ex utróque Parente hæres potentiſſimus: nam à Patre Friderico beneficio Aviæ Vademontium, Jonvilam, Aumalium, Elbovium; à Matre verò Jolantha Lotharingiam, Ducatum Bor-

Barrenſem, Muſſipontum, Guiſium, cum jure in Regna Neapolis, Siciliæ, Hieroſolymæ, & Aragoniæ indeptus eſt. A Carolo *Audace* Burgundiæ Duce fugatur, dein hôc occisô reſtituitur. m. 1508. Duc. 28. ANTONIUS F. jure uxoris Renatæ Gilberti Filiæ Dominatum Alverniæ, cæteram Lotharingiam, Ducatum Barrenſem, Muſſipontum, & ſubinde a morte fratris Ludovici Vademontium obtinuit. Pacem inter Carolum V. Imp. & Franciſcum I. Galliarum Regem conciliat. m. 1544. Duc. 36. FRANCISCUS I. F. (Ejus Filius unicus Carolus ab Henrico II. Galliarum Rege in Gallias abducitur, & pubertatis annos egreſſus Claudiæ filiæ deſponſatur, traditô interim guberniô Nicolaô Franciſci Fratri, & Chriſtinâ Franciſci viduâ reluctante expulsâ.) Franciſcus m. 1545. Duc. 1. CAROLUS II. F. Gener Henrici II. Galliarum Regis. m. 1608. Duc. 63. HENRICUS F. relictîs ſolùm binis filiabus Nicolæâ & Claudiâ m. 1624. Duc. 16. CAROLUS III. Henrici ex Fratre Franciſco Duce Vademontio Nepos; & ex ejus Filia Nicolæa Gener; hâc Nicolæâ, quod ſterilis eſſet, repudiatâ Beatricem de Guſſance thorô inducit; non tamen evincere potuit; ut aut Filius ſuus Carolus Henricus, aut Filia Anna à Pontifice reluctante ipſáque Lotharingiâ legitimi hæ-

redes haberentur. Bellum cum Gallis init, ad Hiſpanos fugitivus NICOLAO FRANCISCO Fratri Epiſcopo & Cardinali Ducatum per donationem cedit; hic depoſitâ Infulâ Metenſi, & Romanâ Purpurâ Claudiam Henrici II. Filiam in thalami ſociam aſſumens Gubernium Lotharingiæ ſuſcipit 1634. m. 1670. Duc. 36. Carolus interim Bruxellis Antverpiam deducitur, ibique ab Archottano & Garcia Hiſpanis captivatur 1654. libertati reſtituitur 1659. Pacem cum Gallis 1662. adeò periculoſam incautus ſancit, ut ipſe non pacem, ſed pactionem ſervitutis ſe ſanxiſſe fateretur. Conſentit, ut poſt obitum ſuum Carolus IV. Nicolai Fratris F. ſuccederet; ſed demortuô Nicolaô, Carolo Patruo ſuo offenſus nimiùm vindictæ ſtudiô Ducatum Galliarum Regi perfidè vendit, ab eóque ex terris propriis pellitur 1669. m. in exilio 1675. CAROLUS IV. LEOPOLDUS Caroli III. Patruus hæres legitimus Ducatum Gallis venditum incaſsùm redimere nititur, quem illi per annos 28. retinent; ſupremus Militiæ Cæſareæ Archiſtrategus Heroicâ adversùs Turcas virtutê clariſſimus, ſedem ab Imperatore Oeniponti obtinet 1678. Cum Eleonora Maria Ferdinandi II. Imp. Filia, & Michaëlis Regis Poloniæ vidua Neoſtadij matrimonium init, m. 1690. LEOPOLDUS JOSEPHUS CARO-

ROLUS F. per pacem Ryswicenſem an. 1697. & pactionem Badenſem 1714. firmam, plenámque Lotharingiæ poſſeſſionem adipiſcitur, Principatum Teſchenienſem in Silefia in compenſationem prætenſionis ad Ducatum Montisferrati à Cæſare accepit 1722. m. 1729. Duc. 39. FRANCISCUS II. STEPHANUS F. hodie gubernans nat. 8. Dec. 1708. aurei Velleris Eques, commoratus in aula Cæſarea uſque ad 9. Nov. 1729. eodem Ducatum adit. *Parentes* Leopoldus Joſeph. Carol. nat. 11. Sept. 1679. *vid ſupra*, & Eliſabetha Carolina Philippi I. Ducis Aurelianenſis F. nat. 13. Sept. 1676. deſp. 22. Oct. 1698. *vidua*. *Frater*, *& Sorores :* I. Carolus nat. 12. Dec. 1712. II. Eliſabetha Thereſia nat. 15. Oct. 1711. deſponſata Ludovico Duci Aurelianenſi. III. Anna Carolina nat. 4. Maji 1714.

Familia *Lotharingica* in duas præcipuas lineas *Germanicam*, & *Gallicam* dividitur.

Ad *Germanicam* pertinent:

I. *Regnantes Duces Lotharingiæ. vid. ſupra.* II. *Duces Mercurienſes* (*Mercœur*) Parente Nicolao Comite Vademontio, dein Duce Mercurienſi 1669. extincti. III. *Principes Vademontij* (*Vaudemont*) Parente Gerardo I. Gerardi III. Filio. *Ultimus* Carolus II. Caroli Ducis Lotharingiæ naturalis Filius. Vacuum Comitatum Paris Montmartellius in Gallia 1725. coëmit.

Ad

Ad *Gallicam* pertinent:

I. *Duces Guiſiæ*, & *Aumalij* Parente Claudio Renati II. Filio. *Ultimus* Dux Guiſiæ Franciſcus Joſephus 1675. mortuus. *Ultimus* Dux Aumalij Carolus 1624. demortuus, cujus ſoror Anna uxor Henrici Sabaudi Ducis Nemoſienſis Ducatum Aumalij ad *Nemoſios* tranſtulit. II *Marchiones Elbovij* Parente Renato Claudij Filio. Henricus hodie regnans. Ex familia *Elbovia* tres aliæ deſcendunt: 1. *Comitum Harcurſio-Armeniacenſium* Parente Henrico Caroli I. Filio. Carolus hodie regnans. 2. *Principum Harcurſiorum* Parente Franciſco Caroli II. Filio. Annas Maria Joſephus hodie regnans titulum *Ducis Guiſiæ* tenet. 3. *Principum Juliobonæ* Parente Franciſco Caroli II. Filio. *Ultimus* Paulus in pugna Nerwindenſi occiſus 1693.

# CAPUT III.

## SUCCESSIO GENEALOGICA DUCUM S. R. I.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Bavariæ.*

### ORIGO DUCUM BAVARIÆ.

BOij à Bojo Alemanni, ultimi Germanorum Regis filio ſic nuncupati, primùm Gal-

Gallias incoluêre, donec eam ditionem, quæ ab iis Bojemiæ vel Bohemiæ nomen traxit, occuparent. A Marcomannis inde pulſi Palatinatum ſuperiorem occupant, quem annis 500. tenuerunt. Eo tempore *Agilolfingicæ* familiæ Principibus ſuberant. Auguſti Imp. ætate Romani Vindeliciam Provinciam obtinuêre ad a. 508. quô Boij TheodoneDuce, Romanis victis, eamProvinciam *Bojoariam*, vel *Bavariam* appellârunt.

## *Familiæ Regnantes VII.*

I. Agilolfingica. II. Carolingica. III. Luitpoldica. IV. Saxonica mixta. V. Franconica mixta. VI. Welffica. VII. Witteisbacenſis.

*I. Agilolfingica ab a. 508. ad 788. per an. 288.*

THEODO I. è familia *Agilolfingica* inter Bavaros tum Principe primus Dux Bojariæ. m. 511. Duc. 3. THEODO II. *Magnus* F. inſigni clade ad Mordfeld Romanos profligat, & Auguſtam Vindelicorum occupat. m. 537. Duc. 26. relictis tribus filiis Theodone III. ſucceſſore, Ottone a. 545. ſine liberis mortuo, & Theobaldo ſuperioris Bavariæ Duce a. 567. mortuo. THEODO III. F. Dux inferioris Bavariæ primus fidem Catholicam cum Fratribus amplectitur. m. 565. Duc. 28. THEODEBERTUS I. F. Dux inferioris Bavariæ à Thaſſilone I. ſupe-

perioris Bavariæ Duce ditione ejicitur 590. m. 592. Duc. 6. Ejus liberi: Gundobaldus, qui in Italiam profugus ab Authari Longobardorum Rege Dux Atenſis conſtitutus eſt. m. 615. relictô filiô Aripertô dein Longobardorum Rege, & Theudelinda Autharis & Agilulfi Longobardorum Regum conjux. THASSILO I. Theobaldi F. expulſo ope Childeberti II. Auſtraſiæ Regis Garibaldo I. totius Bavariæ Ducatu potitur 590. m. 598. Duc. 8. GARIBALDUS II. F. m. 612. Duc. 14. THEODO IV. à S. Ruperto baptizatur, Vindis Carinthiam cedere cogitur. m. 630. Duc. 18. THEODEBERTUS II. F. moritur ſine liberis. THASSILO II. Fr. m. 650. THEODO V. GRIMOALDUS I. & THEODEBERTUS I. Thaſſilonis II. FF. Bavariam inter ſe diviſam Ducis nomine gubernant. Theodo V. reliquit duos filios Theodebertum IV. Bavar. Ducem. Lambertum S. Emerani occiſorem, & Utam. Grimoaldus m. 695. Theodebertus m. ſine liberis. THEODO VI. Grimoaldi I. F. & Theodebertus IV. Theodonis V. F. Bavariæ Duces, quam demum Theodo VI. univerſam obtinet, & in tres filios diſtribuit. THEODO VII., GRIMOALDUS II., & HUGEBERTUS Theodonis VI. FF. Bavariæ Duces. Theodo m. 720. Duc. 12. ſine lib. Grimoal-

moaldus m. 728. Duc. 20. ſine lib. Hugobertus poſt mortem Fratrum totius Bavariæ Dux m. 735. Duc. 27. UTILO F. *Regem Bavariæ* excuſſo Francorum Dominatu ſe nuncupat, ſed à Pipino Caroli Martelli filio vincitur. m. 761. Duc. 26. THASSILO III. F. ob Conjugem Latopyrgam, Deſiderij ultimi Longobardorum Regis filiam, contra Carolum M. pro Deſiderio pugnat; ſed ab eo victus in Monachum tondetur 788. Ejus uxor Sanctimonialis, Theodo Filius Sacerdos fieri juſſus, Bavariâ in Francicam Provinciam redactâ.

*II. Carolingica ab a. 788. ad 912. per an. 124.*

CAROLUS M. Imp. victo Thaſſilone III. Bavariam obtinet 788. quam 813. Bernardo Nepoti cedit. BERNARDUS Caroli M. ex Pipino Filio Nepos ſimul Rex Italiæ Ludovico *Pio* Imp. Bavariam cedere cogitur 814. Duc. 1. LOTHARIUS Ludovici *Pij* F. dein Imperator: LUDOVICUS *Germanicus* (ſimul Rex Germaniæ) à Parente Ludovico *Pio* Imp. in locum Fratris Lotharij Bavariam accipit 817. m. 876. Duc. 59. CAROLOMANNUS F. (ſimul Imp.) m. 880. Duc. 4. LUDOVICUS *Junior* Fr. Ejus Conjugis Luitgardis Frater Henricus Comes Altorfenſis è Welfico ſtemate Magnam Bavariæ partem obtinuit à Lu-

Ludovico, cujus poſteri totam Bavariam etiamnum obtinent. m. 882. Duc. 2. CAROLUS *Craſſus* Fr. (ſimul Imp.) abdicere coactus 887. Duc. 5. ARNULPHUS Carolomanni Nothus (ſimul Imp.) m. 899. Duc. 12. LUDOVICUS *Ignavus* (ſimul Imp.) per Leopoldum Auſtriæ Marchionum Parentem Bavariam ab Hunnis defendit, ſed eo occiſo ea Provincia fœdè à Barbaris diſcerpitur. m. 912. Duc. 13. ultimus Carolingiorum Cæſarum Bavariæ Dux. *vid. part. 1. p. 18. & ſeqq.*

*III. Luitpoldica ab a. 912. ad 948. per an. 36.*

ARNULPHUS *Malus* Luitpoldi vel Leopoldi Auſtriæ Marchionum Conditoris F. extincta *Carolingia* ſtirpe Bavariam Regio nomine occupat, ob quod cum Conrado I. multum tricatur: ab Henrico *Aucupe* Bavariam Ducis nomine tenere juſſus. m. 937. Duc. 25. Ejus filij: Eberhardus *Auſtriæ Marchionum*, Arnulphus *Wittelsbachiorum* Comitum, dein Bavariæ Ducum Conditores, & Hermannus, cujus Poſteri in Palatina Hiſtoria Celebres, ab Ottone I. Imp. Ducatu Bavariæ pulſi. BERTHOLDUS Arnulphi *Mali* Fr. ab Ottone I. Bavariæ Dux dicitur 938. ſine liberis m. 948. Duc. 10.

*IV. Saxonica mixta ab a. 948. ad 1005. per an. 57.*

HEN-

HENRICUS I. Henrici *Aucupis* F. ducta conjuge Juditha Arnulphi *Mali* Filia Bavariæ Ducatum à Patre obtinet 948. m. 955. Duc. 7. HENRICUS II. *Rixoſus* F. ab Ottone II. Imp. in quem bellum moverat, victus ditione exuitur 975. (OTTO Ludolphi Sueviæ Ducis F. à Patruo Ottone II. Imp. Dux Bavariæ dictus m. 983. Duc. 8. HENRICUS III. *Minor* F. Bavariam & Carinthiam obtinet ad 985. Duc. ſine liberis.) HENRICUS II. *Rixoſus* iterum Bavariæ Dux m. 995. S. HENRICUS IV. (II. Imp.) cognomentò *Claudus*, & *Caſtus* F. Bavariæ Dux 995.; in Rom.Imp.electus Bavariam Henrico V.Moſellano attribuit.1005. HENRICUS V. ſeu HEZELO Dux Franciæ & Lotharingiæ Filius Sigifridi Comitis Luxenburgici, Frater Cunigundæ S. Henrici V. *Claudi* & *Caſti* Conjugis, à quo Bavariam accipit 1005. ſed quòd in Sororium arma moviſſet, Ducatu ejicitur: demum interventu Cunigundæ Imperatricis reſtituitur. m. 1026. Duc. 21.

*V. Franconica mixta ab a. 1026. ad 1070. per an. 44.*

HENRICUS VI. *Niger* (III. Imp.) Conradi II. Salici Fr. Bavariam mortuo Henrico V. Duce occupat. m. 1056. Duc. 30. HENRICUS VII. Henrici V., ſeu Hezelonis ex Friderico Fratre Comite Mo-

ſe-

ſelano Nepos ſine liberis m. 1048. Duc. 4. CONRADUS Sigunfridi Palatini Rheni F. ex Duce Wormatiæ, & Carinthiæ, Bavariæ Dux beneficiô Henrici IV. Imp., â quo dein ditione ejicitur 1054. Ejus & Friderici Fratris poſteri Palatinatũ obtinuerunt, donec Agnes ex Conradi poſteris Ottoni Palatino Schirenſi nupta Palatinatum in eam familiam tranſtuliſſet. HENRICUS VIII. ( IV. Imp. ) Henrici III. Imp. F. Dux Bavariæ ſub tutela Matris AGNETIS, quæ in monaſterium ſecedere juſſa a. 1062. Bavari OTTONEM Saxonem Sigefridi Comitis Northeimenſis, vel Göttingenſis Filium Ducem inſtituunt, quô ab Henrico jam Imp. in pugna occisô Bavaria Welffo Comiti Altorſenſi in Suevia (cujus majores inferiorem Bavariam gubernârunt) 1070. attribuitur.

*VI. Welffica ab a. 1070. ad 1180. per an. 110.*

WELFFUS I. Azonis Marchionis Eſtenſis F. ab Henrico IV. Imp. Bavariâ proſcriptus in exilium mittitur 1097. poſt 20. verò annos Imperatori reconciliatus cum poteſtate in poſteros Ducatum transferendi Bavariam rurſum recepit. m. ſine hærede 1101. Duc. 21. WELFFUS II. F. m. 1120. Duc. 19. HENRICUS IX. *Niger* Fr. in monaſterio m. 1125. Duc. 5. HENRICUS X. *Superbus* F. cui Lotharius Imp. titulô Matris Wulfhildis Magni Ducis Saxoniæ filiæ, &

& uxoris Gertrudis Lotharij Imp. filiæ hæredum Saxoniæ 1136. Saxoniam ceſſit. A Conrado III. Imp., inſignia Cæſarea â Lothario ſibi transmiſſa repetente, bellô victus Ducatibus Saxoniæ, & Bavariæ ejicitur 1136. Saxoniâ Alberto Urſo, Bavariâ Leopoldo *Largo* Marchioni Auſtriæ Conradi III. Imp. Fratri oblatis. m. relictô Filiô Henricô Leone 1139. Duc. 13. (LEOPOLDUS *Largus* Auſtriacus m. 1142. Duc. 4. HENRICUS XI. *Jaſemergot* F. accepta in Conjugem Gertrude Henrici *Superbi* vidua Ducatum ſibi ſtabilivit, ſed poſt quatuordecim annorum poſſeſſionem imperiô Friderici I. Imp. ſervatâ Bojariâ Orientali, Henrico Leoni Henrici *Superbi* Filio Bavariam Occidentalem ceſſit m. 1156. *vid. p. 3.*) HENRICUS *Leo* XII. Henrici *Superbi* F. renuens cauſam ſuam defendere à Friderico I. Imp. reus Majeſtatis Bavariâ ejicitur 1180. quæ dein ab Imp. Ottoni V. *Majori* Wittelsbachio (Parenti modernorum Electorum Bavariæ, & Palatinorum Rheni) tradita fuit m. 1196. Duc. 24.

*VII. Wittelsbacenſis ab a. 1180.*

OTTO I. *Major* Ottonis IV. Comitis Wittelsbachici F. Ducatum Bavaricum in Familiam ſuam, quæ illô ante 230. exciderat, rurſus intulit. m. 1183. Duc. 3. LUDOVICUS I. F. plurimas Bavarorum, &

vi-

vicinorum Dynaſtarum toparchias poſſeſſionibus ſuis adjicit: â Friderico II. Imp. Palatinus Rheni, datô in maritum Agneti (aliis Gertrudi) Henrici Palatini Comitis filiæ, & hæredi, filiô ſuô Ottone II. *Illuſtri*, renunciatur. 1215. m. 1231. Duc. 48. OTTO II. *Illuſtris* F. (ſimul Elector Palat. primus) Wafferburgum pulsô Conrado Comite, Schardingam extinctâ Ducum *Meranorum* familiâ, & Neoburgum Bavariæ adjungit. m. 1253. Duc. 22. relictis duobus filiis Ludovico, & Henrico, qui ſic patrimonium diviſerunt, ut ille Bavariam ſuperiorem cum Palatinatu, & Electoratu, hic Bavariam inferiorem obtineret. HENRICUS XIII. F. m. 1290. Duc. 37. OTTO III. (ſimul Rex Hungariæ) & STEPHANUS F.F. Stephanus m. 1311. Duc. 21. Otto m. 1312. Duc. 22. HENRICUS XIV. & OTTO IV. Stephani F.F. Otto m. 1335. Duc. 23. Henricus m. 1339. Duc. 27. JOANNES Henrici F. Eliſabetham Ludovici *Bavari* Imp. Filiam ducit, improlis m. 1340. Duc. 1. LUDOVICUS *Bavarus* (ſimul Imperat.) Ludovici Severi Ducis Bavariæ ſuperioris, & Electoris Palatini F. Joannis Patruelis, & Socer, demortuo ſine prole Joanne Bavariam Inferiorem hæreditate obtentam cum inferiori conjungit, per uxorem Margare-

tam

tam Wilhelmi III. Comitis Hollandiæ filiam, & hæredem Hollandiæ Comitatum obtinet. (Ejus Fr. Rudolphus Elector Palatinus *vid. p. 47.*) m. 1347. Duc. 7. STEPHANUS *Fibulatus* F. m. 1375. Duc. 28. (Ejus tres filij 17. annis communi nomine gubernârunt, mox 1392. partita inter ſe ditione tres lineas condiderunt: Stephanus II. *Ingolſtadienſem*, Fridericus *Landishutanam*, & Joannes *Monacenſem* adhuc florentem. Stephano ſucceſsêre Ludovicus *Barbatus* F. Ludovicus *Gibboſus* F. Improlis m. 1445. Ingolſtadienſi portione ad *Landishutanos* devoluta. Friderici *Landishutani* poſteri fuêre Henricus *Dives* F. Ludovicus *Dives* F. Georgius *Dives* F. m. 1503. relictâ unicâ filiâ Eliſabetha uxore Ruperti Palatini, quem Georgius hæredem dicit; ſed Albertus IV. *Monacenſis lineæ* Dux poſt 3. annorum cruentum bellum poſſeſſionem univerſæ Bavariæ extorquet, Palatinatûs parte Palatinis relictâ. Joannem *Monacenſem* ſecuti ſunt: Erneſtus, & Wilhelmus FF. Albertus III. *Probus* Erneſti F. Joannes, Sigismundus, & Albertus IV. FF. inter quos ſolus Albertus ſtirpem propagavit, & defuncto Georgio *Landishutano* univerſam Bavariam rurſum conjunxit.) ALBERTUS IV. totius Bavariæ Dux, aſtu Cunigundam Friderici III. Imperat. Filiam thorô ſibi jungit, m.

 1508.

1508. Duc. 5. WILHELMUS IV. & LUDOVICUS FF. ſimul regnantes, ille Monachij, hic Landishuti. WILHELMUS m. 1550. Duc. 42. LUDOVICUS m. 1545. Duc. 37. uterque Catholicæ Religionis contra ſectarios acerrimus defenſor. ALBERTUS V. Wilhelmi F. totius Bavariæ Dux, Comitatum Hagenſem extincto 1567. ultimo Comite Ladislao, conſentiente Maximiliano II. Imp. Bavariæ adjicit, *Jus Primogenituræ* in ſucceſſione decernit. m. 1579. Duc. 29. WILHELMUS V. Primogenitus, Princeps piiſſimus abdicat 1597. Duc. 18. filio Maximiliano pro eo regnante: privatus in cœnobio m. 1626. (Ejus Frater Ferdinandus ducta inferioris ſortis conjuge Pettenbeckia Ducalem titulum, & jus ſucceſſionis in poſteris amiſit; hodie dicuntur *Comites Wartenbergici* etiamnum ſuperſtites. *Modernus* Comes Wartenbergicus; Ferdinandus Marquardus nat. 1673. Locumtenens Ambergæ.) MAXIMILIANUS F. primus Elector *vid. p. 40.*

## §. II.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Brunſvicenſium, & Luneburgicorum.*

### ORIGO DUCUM BRUNSVICENS. ET LUNEBURG.

LUneburgici Duces originem ſuam ad tres Conditores, Witekindum M., Hermannum Billungum, & Azonem II. Eſtenſem Marchionem, ac ex eo deſcendentes Guelphos referunt; poſteaquam enim Saxones, & ex his Witekindus M., Thuringi, Francique his terris imperitâſſent, partitâ ab Ottone I. Imperat. Provinciâ, Luneburgum Hermanno Billungo, Brunſvicenſis portio Brunoni, Henrici Bavari (Ottonis I. Imperat. Fratris) filio Marchionatûs Saxoniæ nomine obtigit. Verùm extinctâ in Magno ultimo Duce *Billunginâ* familiâ Guelphi non contenti Bavariâ, etiam Luneburgum Wulfhildis Magni filiæ, ac Henrici Nigri Duc. Bav. conjugis jure adjecêre, reliquâ Saxoniâ Ottonis M. poſteris relictâ. Sæculô dein XII. Brunſvicenſem quoque ditionem ſui juris fecêre, poſtquam Lotharius Imperat. 1127. Henrico *Superbo* Bav. Duc. Gertrudem filiam in conjugem, Provinciam in dotem conceſſerat, quæ demum 1239. Friderici II. Imperat. beneficiô

in Ducatum à cæteris Saxoniæ Provinciis ſeparatum evecta eſt, Ottone *Puerô* primô Duce Brunſvico-Luneburgenſi creatô.

## *Familia Regnans unica.*

### *Welffica in varias lineas diviſa ab a. 1239.*

Domûs *Brunſvicenſis*, & *Luneburgicæ* tres Conditores numerantur: I. Otto Puer *antiquæ*, II. Magnus Torquatus *mediæ*, III. Erneſtus *novæ* Conditor.

### *I. Linea antiqua Brunſvico-Luneburgica.*

OTTO *Puer*, Wilhelmi Luneburgici F., Henrici Leonis Sax. & Bav. Ducis Nepos, in gratiam à Friderico II. Imperat. receptus Brunſvicum obtinet 1227. Ab eodem primus Dux Brunſvico-Luneburgicus inauguratur 1239. m. 1252. Duc. 13. relictis duobus filiis Alberto, & Joanne, qui diviſas ditiones, & lineas, ille *Brunſvicenſem*, hic *Luneburgicam* ad poſteros transmisêre.

### *Linea antiqua Brunſvicenſis ab a. 1252.*

ALBERTUS I. M. Ottonis *Pueri*, Primogenitus Brunſvicum obtinet, adjectis multis ditionibus à Miſnienſibus capitur 1261. poſt biennium dimiſſus Grubenhagam occupat 1270. ac Principatûs nomen eidem indit. m. 1279. Duc. 27. (Ejus filij Henricus *Grubenhagenſis*, in Philippo II. 1596. extinctæ; & Albertus *Göttingenſis* linearum

Con-

Conditores, quæ poſtrema *Brunſvicenſem* dein lineam propagavit.) WILHELMUS F. ſimul Dux Quelpherbytanus ſine hærede m. 1292. Duc. 15. Provinciâ ad fratrem Albertum *Göttingenſem* devolutâ, qui eam filio Ottoni tradit. OTTO *Largus* Alberti *Pinguis Göttingenſis* F. m. ſine hærede 1334. Duc. 42. MAGNUS I. *Pius* Fr. per conjugem Sophiam Henrici Marchionis Brandeburgici filiam Sangershuſium, & Lansbergam 1333. obtinet, m. 1368. Duc. 34. MAGNUS II. *Torquatus* F. 1367. ab Epiſcopo Hildeſienſi captus, at brevì dimiſſus cum Alberto Saxone de Luneburgica ditione multum tricatur, & ditionem cedere cogitur, occid. 1323. Duc. 15. FRIDERICUS F. ultimus Dux ex *antiqua* Domo Brunſvicenſi à Tutore Ottone *Equade* dicto Quelpherbytanam ditionem vindicat 1381, mortuô Wenceslao Electore Saxoniæ, qui & Luneburgi Dominus fuerat, Luneburgum rurſus Brunſvicenſi Ducatui jungit 1338. Imperator 1400. eligitur. *vid. part.* 1. *pag.* 29.

*Linea antiqua Luneburgica ab a.* 1252.

JOANNES Ottonis *Pueri* F. factâ cum fratre Alberto diviſione Luneburgi regnat. m. 1277. Duc. 25. OTTO *Strenuus* F. coëmptis comitatibus Dannebergico, & Luchovienſi ditiones auget. m. 1330. Duc.

53. OTTO & WILHELMUS FF. communi primùm nomine regnant; at mortuô 1354. Ottone fratre Wilhelmus ſolus imperat, m. 1368. Duc. 38. nullô hærede maſculô relictô. (Ejus ex filia Eliſabetha Nepos Albertus Saxo contra Magnum II. *Torquatum* Brunsvicenſem Caroli IV. Imperat. beneficiô hæres Luneburgi declaratur 1371. at eô demortuô Wenceslaus Patruus Elector Saxoniæ Nepotis partes tuetur, & filias Annam Friderico, & Margaretham Bernardo Ducibus Brunsvicenſibus deſpondet, cujus connubij jure Luneburgum rurſus cum Brunsvico ad tempus cöaluit.)

*II. Linea media Brunsvico-Luneburgica.*

Hujus Lineæ Conditor eſt Magnus II. *Torquatus*, ex *antiqua* Domo Brunsvic., cujus filij Henricus *Brunsvicenſem*, Bernardus *Luneburgicam mediam* lineam propagârunt.

*Linea media Brunsvicenſis ab a. 1400.*

HENRICUS Magni II. F. natu minor fratri Friderico ſuccedit 1400. & Luneburgum obtinet. m. 1416. Duc. 16. (Ejus filij Wilhelmus, & Henricus facta commutatione Luneburgum Patruo Bernardo tradunt, & Brunsvicenſem Ducatum ab eo accipiunt 1429. in duas lineas domum *Brunsvi-*

*vicenſem* partiuntur: Wilhelmus in *Calenbergicam* in Erico II. *Juniore* 1584. extinctam, Henricus in *Quelpherbytanam*, quæ in Friderico Ulrico 1634. defecit, ditione ad Domum *Luneburgicam* devolutâ.)

- *Linea media Luneburgica ab a. 1429.*

BERNARDUS I. Magni *Torquati* Brunsvicenſis natu major F. primùm Brunsvici, dein Luneburgi Dominus, m. 1434. Duc. 5. OTTO *Claudus* F. vivô adhuc Patre Provinciæ præficitur 1434. ſine hærede m. 1445. Duc. 11. FRIDERICUS *Pius* Fr. à Colonienſibus captus, & dimiſſus in Monachum tondetur 1459. Duc. 14. relictô Bernardo, & Ottoni filiis Ducatu. BERNARDUS II. F. Patri ſuccedit 1459. m. 1464. Duc. 5. OTTO *Magnanimus* Fr. m. 1471. Duc. 7. Extincto filio Ottone FRIDERICUS è cœnobio egreſſus rurſus ſeptenniô regnat. m. 1478. HENRICUS *Junior* Ottonis F. mortuô avô Friderico decennis ſub tutela Ducatum adit, in bello Hildeſienſi Ericum I. Calenbergicum capit, à Carolo V. Imperat. exauthoratus 1521. filiis ditionem tradit, in Gallias profectus, ibidem in exilio m. 1532. Duc. 43. (Ejus tres filij trium linearum Conditores: Otto Senior *Harburgenſis* in Wilhelmo 1642. extinctæ, Erneſtus *Cellenſis*, ex qua *nova* Domus *Brunsvico-Luneburgica* procreata

eſt: & Franciſcus *Giffhornenſis*, quæ in eodem 1549. exaruit.)

*III. Linea nova Brunsvico-Luneburgica.*

Hujus lineæ Conditor eſt Erneſtus *Cellenſis* Henrici Junioris *Luneburgici* F. cujus gemini Filij duas præcipuas lineas Henricus *Brunsvicenſem novam*, ſeu *Dannebergicam*, dein *Quelpherbytanam*, Wilhelmus *novam Luneburgicam*, etiamnum florentes, condiderunt.

*Linea nova Brunsvicenſis ab a. 1546.*

HENRICUS Erneſti F. primùm cum fratre Wilhelmo 10. annis communi nomine regnat ad 1556., quô fratri Provinciam cedit, ſolâ Dannebergâ ſibi reſervatâ. JULIUS ERNESTUS F. Dannebergicus ſine hærede maſculo m. 1636. AUGUSTUS Fr. demortuô Friderió Ulricô ultimô *mediæ* familiæ *Brunsvico-Quelpherbytanæ* Brunsvicum hæreditate capit 1634. Quelpherbytum recuperat 1643. m. 1666. Duc. 30. (Ejus tres filij tres palmites: Rudolphus Auguſtus *Brunsvicenſem*, Antonius Ulricus *Quelpherbytanum* (Wolffenbüttel) & Ferdinandus Albertus *Beveranum* proſeminârunt.)

1. *Brunsvicenſis*, quæ in eodem Rudolpho Auguſto 1704. defecit, ditione ad fratrem Antonium Ulricum Quelpherbytanum de-

vo-

volutâ: reliquæ duæ lineæ etiamnum florent.

2. *Quelpherbitana.* ANTONIUS ULRICUS Auguſti F. cum fratre ſeniore Rudolpho Auguſto communi nomine regnat ad 1704. m. 1714. Duc. ſol. 10. AUGUSTUS WILHELMUS F. modernus Dux Quelpherbytanus nat. 8. Mart. 1662. ſucced. 1714. *Uxores tres:* I. Chriſtina Sophia Rudolphi Auguſti Duc. Brunsvicenſ. filia m. 1695. II. Sophia Amalia Chriſtiani Alberti Duc. Holſato-Gottorp. filia, m. 1710. III. Eliſabetha Sophia Maria Rudolphi Friderici Duc. Holſato-Norburgenſ. filia, deſponſ. 1710. *Parentes* Antonius Ulricus & Eliſabetha Juliana Friderici Holſato-Norburgenſ. filia m. 1704. *Frater* Ludovicus Rudolphus, Dux Quelpherbytanus in Blanckenburg nat. 22. Julij 1671. *Conjux* Chriſtina Ludovica, Alberti Erneſti Princip. Oettingenſ. filia nat. 20. Mart. 1671. deſponſ. 12. April. 1690. (cujus tres filiæ I. Eliſabetha Chriſtina Auguſtiſſima Imperatrix regnans *vid. part.* 1. *pag.* 40. II. Carolina Chriſtina Sophia nat. 29. Aug. 1694. deſponſata Alexio Principi Coronæ Ruſſiæ 25. Oct. 1711. m. 31. Oct. 1715. III. Antonia Amalia nat. 14. (22.) April. 1696. deſponſ. Ferdinando Alberto Duci Brunsvico-Beverano 15. Oct. 1712.) *Sorores tres ſuperſtites:* 1. An-

na Sophia Conjux Caroli Guſtavi Badenſi-Durlacenſis, vidua ab a. 1703. 2. Auguſta Dorothea, Conjux Antonij Güntheri Princip. Schwarzburgico-Arnſtadienſis, vidua ab a. 1716. 3. Henrica Chriſtina priùs Abbatiſſa Gandersheimenſis, fide Catholica imbuta 1712.

3. *Beverana.* Ferdinandus Albertus Auguſti filius natuminimus Beveranam portionem obtinet. m. 1687. *Conjux:* Chriſtina Friderici Landgravij Haſſo-Eſchwegenſis filia. m. 1702. *Filij ſuperſtites:* I. Ferdinandus Albertus nat. 19. Maji 1680. in militia Cæſarea. Hujus *Conj.* Antonia Amalia Ludovici Rudolphi Duc. Brunsvico-Quelpherbytani in Blanckenburg filia. ex qua 10. liberos genuit. II. Erneſtus Ferdinandus nat. 4. Mart. 1682. Hujus *Conj.* Eleonora Carolina Friderici Caſimiri Duc. Curlandiæ filia deſponſ. 5. Aug. 1714. complurium liberorum mater.

*Linea nova Luneburgica ab a. 1556.*

WILHELMUS *Junior* Erneſti *Cellenſis* F. natuminimus à fratre Henrico Cellenſem Principatum, extincto Friderico ultimo Comite Diepholticum Comitatum obtinet 1585. ex Dorothea Chriſtiani III. Reg. Daniæ filia 15. liberorum Pater. m. 1592. Duc. 36. (Inter ſeptem ejus ſuperſtites filios ita ſorte convenit, ut ſolus ſextus Georgius

con-

conjugem, ſenior vero eorum ſemper jus in Provincias haberet. Quatuor ſequentes ſibi ordine ſucceſsêre reliquis tribus præmaturè extinctis. ERNESTUS F. m. 1611. CHRISTIANUS Fr. Grubenhagenſem Principatum Domui Luneburgicæ penitus tranſcribit m. 1633. AUGUSTUS Fr. poſt obitum Fridrici Ulrici *mediæ Brunsvicenſis* lineæ Calenbergicum Principatum Luneburgo adjicit m. 1636. FRIDERICUS Fr. cui à morte Wilhelmi Harburgici portio Harburgica obvenit m. 1648. GEORGIUS Fr. ſolus lineæ hujus Propagator, variis bellis exercitus, in obſidione Quelpherbytana m. 1641. (Ejus filij ultima Patris voluntate Luneburgicam ditionem, & familiam: Chriſtianus Ludovicus natu major in *Cellenſem*, & Joannes Fridericus in *Calenbergicam* ſeu *Hanoveranam* partiuntur, eo pacto, ut his demortuis ſemper fratres ſuccedant.)

1. *Cellenſis.*

CHRISTIANUS LUDOVICUS Georgij F. poſt mortem Patrui Friderici Principatum Cellenſem adit 1648. (Ejus tempore in pace Weſtphalica 1648. alterna cũ Catholicis Electio in Oſnabrugenſi Epiſcopatu, præcipuè Luneburgicæ, & hâc extinctâ Brunsvicenſi Domui decreta eſt.) GEORGIUS WILHELMUS Fr. prima diviſione Calen-

bergam, mox defunĉto fratre Chriſtiano Cellenſem Principatum contra alterum fratrem Joannem Fridericum vindicat 1665. bellô contra Gallos & Suecos pro Imperij defenſione inclaruit 1676. & ſequentibus: oblatam à Cæſare Electoralem dignitatem, quod hærede maſculo careret, in fratrem minorem Erneſtum Auguſtum Hanoveranum rejicit 1692. Ducatum Saxo-Lauenburgicum extinctô 1689. Juliô Franciſcô ultimô Duce tandem 1697. numeratis 11000. Rhen. ab Electore Sax. accipit. m. 1705. relictâ unicâ filiâ Sophiâ Dorotheâ, Georgio Ludovico Elect. Hanov. deſponſatâ, 1726. mortuâ, ad cujus maritum Cellenſis Ducatus devolvitur.

2. *Calenbergica*, *ſeu Hanoverana.*

JOANNES FRIDERICUS Georgij F. pace cum fratre Georgio Wilhelmo inita Calenbergam & Grubenhagam adeptus, Romana ſacra amplectitur 1651. m. 1679. *Filia ſuperſtes.* Wilhelmina Amalia Joſephi I. Imperat. Vidua. *vid. part. 1. pag. 40.* ERNESTUS AUGUSTUS Fr. natu minimus primùm Epiſcopus Oſnabrugenſis 1662. mox à fratris obitu Dux Hanoveranus 1679. demum 1692. à Leopoldo Cæſ. nonus Elector S.R.I. *Archi-Vexillifer* creatus, m. 1698. *vid. pag. 46.* GEORGIUS LUDOVICUS F. Cellenſem Principatum adit 1705. ob ma-

trem Sophiam, Eliſabethæ Anglicæ filiam, M. Britanniæ Rex 1714. GEORGIUS AUGUSTUS modernus Dux & Elector Hanoveranus, Rex M. Britanniæ. *vid. pag. 46.*

## §. III.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Holſatiæ & Schleswici.*

### ORIGO DUCUM HOLSATIÆ.

Holſatiam, antiquis *Nordalbingiam* dictam, vetuſtorum Saxonum patriam, Wilebaldus, Amalarius, & Saxonum Apoſtolus S. Anſcharius excoluêre. Ex eo tempore ea Provincia Caroli M. Imperio ſubjecta, ejus beneficiô Albioni, Witekindi M. Saxoniæ Ducis Patrueli, ſuſcepto baptismate, Comitatûs nomine obvenit. Poſt varias Vindorum in has Provincias irruptiones in *Holſatiam*, *Stormarniam*, *Ditmarſiam* & *Wagriam* diviſa eſt. Ditmarſiam primus Lotharius Comes obtinuit: ex cujus poſteris ultimus Hartwicus Henrico Leoni Duci Saxoniæ Ditmarſiam cedere cogitur. Occiſô dein Reinholdô, quem eis Saxo præfecerat, Ditmarſi libertatem amplexi cum Danis & Holſatis pro libertate certant, demum a. 1559. partim Danis, partim Holſatiæ Ducibus ſubeſſe juſſi. Wa-

griam victis Vindis Henricus Badewide obtinuit, quæ dein a. 1140. Adolpho Holſatiæ Comiti commutationis fœdere pro Razenburgenſi Comitatu ceſſit. Holſatia Stormarniæ juncta primum à Carolo M. Imp. accepit Comitem Utonem ſeu Othonem è *Meyendorffenſi* familia. Huic familiæ ſucceſſit altera *Billingica*: primus ex ea Comes Holſatiæ ab Othone I. Imp. conſtitutus eſt a. 960. Hermannus Billingius Saxoniæ Dux; ſed ea ſtirpe deleta devolutas ad Lotharium Saxonem, dein Imperatorem, provincias Adolphus Comes *Schauenburgenſis* ex *Salingslebenſi familia* ab eodem Lothario feudi nomine accipit 1106. Ex ea Gerhardus VI. à Margaretha Daniæ Regina a. 1388. Schleswicum obtinet. Adolphus VIII. ultimus è *Schauenburgenſi* familia Holſatiæ Comes a. 1459. mortuus, ſuperſtite ſorore Hedwige, Theodorico Fortunato *Oldenburgenſi* Comiti nupta, cujus Filius Chriſtianus, ſimul Rex Daniæ, materno nomine Holſatiam obtinet, à Friderico V. Imp. primus Holſatiæ Dux conſtitutus 1474.

## *Familia Regnans unica.*

*Oldenburgica ab a. 1459.* in 2. lineas: *Regiam* & *Ducalem* diviſa.

CHRISTIANUS I. (Daniæ Rex) Theodorici Fortunati Comitis Oldenburgici, per Adel-

Adelheidem primam Conjugem Delmenhorſti, per alteram Hedwigem Ducatûs Schleswicenſis & Holſatiæ hæredis F. materno nomine, mortuô Adolphô VIII. ultimo ex *Schauenburgica* ſtirpe Schleswici Duce & Holſatiæ Comite, eas provincias obtinet 1459. Holſatia à Friderico V. Imp. in Ducatûs dignitatem evehitur 1474. m. 1482. Duc. 8. relictis duobus Filiis Joanne Daniæ Rege (cujus ſucceſſores *vid. part.* 1. *pag.* 84. & 85.) & Friderico. FRIDERICUS I. F. paterna diviſione Schleswici & Holſatiæ Ducatus obtinet, quorum tamen magnam partem Joanni Fratri, Daniæ Regi, cedere cogitur: Lutheranam hæreſim in ſuas terras inducit. Expulſo Chriſtiano III. Daniæ Rege, ex Joanne Fratre Nepote, Daniæ & Norvegiæ Regnum obtinet 1522. m. 1533. Duc. 51. CHRISTIANUS III. Daniæ & Norveg. Rex, JOANNES *Senior*, & ADOLPHUS Fratres Holſatiam & Schleswicum dividunt: Ditmarſiam armis occupant 1559. Chriſtianus m. 1559. relictis duobus filiis Friderico II. Daniæ Rege & Joanne *Juniore* lineæ *Holſato-Sunderburgenſis* Authore. Joannes *Senior* nulla prole relicta m. 1580. Adolphus *lineæ Holſato-Gottorpienſis* Conditor. m. 1586. Duc. 53.

*Linea I. Regia Holſato Sunderburgica ab a.* 1564. JOAN-

JOANNES *Junior* Chriſtiani III. Daniæ Regis & Ducis Schleswici & Holſatiæ F. Sunderburgenſem Principatum in Ducatu Schleswici & Plönenſem in Ducatu Holſatiæ à Friderico II. Fratre, Daniæ Rege, obtinet 1564. ex duplici conjugio 12. filias & 11. filios ſuſcipit: m. 1622. Princ. 58. Ejus quatuor filij (reliqui enim ante parentem deceſſerunt.) *Sunderburgenſem* lineam in alias quatuor ſubdividunt, quæ ſunt:

I. *Sunderburgica* Parente Alexandro, qui m. 1627. Ejus 5. filij Sunderburgicam rurſum in 5. propagines diviſerunt. 1. JOANNES CHRISTIANUS F. natu maximus in Filio Chriſtiano Adolpho, qui ob contracta à parente nomina Sunderburgum Daniæ Regi cedere cogitur, & Franzhagiam in Ducatu Lauenburgico coëmit, in *Franzhagienſem*, 1709. in Chriſtiano Adolpho extinctam. 2. ALEXANDER HENRICUS 1667. mortuus in *Catholicam*. *Ejus filius ſuperſtes* Alexander Rudolphus nat. 23. Aug. 1651. Canonicus Wratislaviæ & Olomucij. 3. *In Auguſtoburgenſem* Parente Erneſto Gunthero Alexandri filio tertio 1689. defuncto. *Ejus Filius* Erneſtus Auguſtus nat. 1660. primùm fidem Catholicam amplexus, Colonienſi Canonicatu donatur, ſed iterum ad Lutheranam ſectam revertitur, *modernus* ſenior Dux. *Nepos* ex fratre Friderico Wil-

hel-

helmo, Chriſtianus Auguſtus nat. 1696. *modernus* junior Dux. Hujus *Conj.* Friderica Ludovica Comes Danſchioldiana. 4. *In Bekenſem* Parente Auguſto Philippo, qui m. 1675. *Modernus* Dux eſt Carolus Ludovicus, Auguſti ex Ludovico Friderico Filio Nepos nat. 18. Sept. 1690. fidem Catholicam amplectitur 1723. *Ejus Fratres:* Philippus Guilielmus & Auguſtus. 5. *In Wieſenburgenſem* Parente Philippo Ludovico. *Modernus* Dux eſt: Leopoldus Philippi Ludovici ex Friderico Filio Nepos nat. 1674. *Conjux* Maria Eliſabetha Joan. Adami Andreæ Principis Liechtenſteinij filia, ex qua 5. filias ſuſtulit.

II. *Norburgenſis vetus* Parente Friderico Joannis Sunderburgi Ducis Filio, qui m. 1658. ſed in Erneſto Leopoldo, Friderici ex Rudolpho Friderico Filio Nepote, a. 1722. mortuo extincta.

III. *Glücksburgenſis* Parente Philippo, Joannis Sunderburgi Ducis filio, qui m. 1663. *Modernus Dux eſt* Philippus Erneſtus Philippi ex Chriſtiano filio Nepos nat. 5. Maij 1673. *Conjux* Maria Charlotta Frid. Guil. Ducis Holſato-Auguſtoburgenſis F. deſp. 17. oct. 1726. *Ejus Filij:* Fridericus nat. 7. Nov. 1699. & Carolus Erneſtus nat. 14. Jul. 1706.

IV. *Plönenſis* Parente Joachimo Auguſto, Joannis Ducis Sunderburgenſis filio. Is mor-

mortuô Antoniô Guntherô, ultimo Oldenburgi Comite, Comitatum Oldenburgi prætendit contra Fridericum III. Daniæ Regem & Chriſtianum Albertum Ducem Holſato Gottorpienſem; ſed poſt diuturnam litem à Maximiliano II. Imperatore ita deciſum eſt, ut duas undecimas partes Joachimus Auguſtus, reliqua Rex Daniæ Chriſtianus V. Friderici III. ſucceſſor, obtineret. m. 1671. Ejus tres filij *Plönenſem* lineam in alias tres diviſêre. 1. *In Plönenſem.* Ejus author Joannes Adolphus, Joachimi Auguſti Ducis Plönenſis F. ſed in Leopoldo Auguſto, Joannis Adolphi ex filio Adolpho Auguſto Nepote, extincta 1706. *Plönenſi* Principatu ad Joach. Frid. *Norburgenſem* devolutô. 2. In *Norburgenſem juniorem*: hujus Conditor Auguſtus, alter Joachimi Auguſti F. Ejus duo filij: Joachimus Fridericus Dux Plönenſis a. 1722. ſine prole maſcula, & Chriſtianus Carolus a. 1706. mortui. *Modernus Dux Norburgenſis* eſt: FRIDERICUS CAROLUS *Carlſtein* nat. 4. Aug. 1706. à Daniæ Rege Norburgum 1722. obtinet. 3. In *Retwiſchenſem* Parente Joachimo Erneſto, Joachimi Erneſti Ducis Plönenſis filio, qui fidem Catholicam amplectitur. m. 1700. *Modernus Dux* eſt Joannes Erneſtus Ferdinandus Catholicus nat. 4. Dec. 1684. fit Magnas Hiſpaniæ 1704. Plönenſem Princi-

pa-

patum contra Carlſteinium *Norburgenſem* prætendit, uxore & filiô orbatus.

*Linea II. Ducalis Holſato-Gottorpienſis ab a. 1533.*

ADOLPHUS Friderici I. Daniæ Regis F, facta partitione cum fratribus Chriſtiano III. Dan. Rege, & Joanne *Seniore* Gottorpiam obtinet, Tremsbüttel & Steinhorſtium adjicit. m. 1586. FRIDERICUS II. F. Schleswicenſem Epiſcopatum Friderico II. Daniæ Regi cedere cogitur: ſine liberis m. 1587. Duc. 1. PHILIPPUS Fr. in cœlibatum m. 1590. Duc. 3. JOANNES ADOLPHUS Fr. antea Bremenſis Archi-Epiſcopus, & Lubecenſis Epiſcopus m. 1616. Duc. 26. FRIDERICUS III. F. Friderici Civitatem condit, à rebellibus ſubditis vexatur. Mortuo Ottone ultimo Comite Schauenburgi & Pinnebergæ, partitione facta cum Chriſtiano IV. Daniæ Rege, Barmſtadiam obtinet, pro qua dein commutatione facta cum Comite Ranzowienſi Ranzowienſium ditiones in Wagria accipit: à 1658. Roſchildienſi inter Sueciæ & Daniæ Reges pace ſupremus Princeps Schleswici, & ab omni feudi lege, quod à Daniæ Rege priùs acceperat, eximitur, adjecto etiam Gottorpienſibus Ducibus Epiſcopatu Schleswicenſi. m. 1659. Duc. 43. octo filiorum, & totidem filiarum Parens. CHRISTIANUS

AL-

ALBERTUS F. a. 1665. Kielenſem Univerſitatem condit, fruſtra Comitatum Oldenburgenſem ambit: à Chriſtiano V. Daniæ Rege perfidè captus ad Rendsburgenſem pacem adigitur, ejus Provinciis ſubinde fœdè à Dano devaſtatis. In integrum reſtituitur 1679. ſed iterum à Danis vexatus adnitente Imperatore Leopoldo pace Altonenſi 1689. confecta pacatè gubernat. m. 1694. Duc. 35. FRIDERICUS IV. F. 1697. Danorum exercitu Holſatiam inundante ad Sueciæ Regem confugit, ubi ducta Hedwige Sophia Caroli XII. ſorore cum Suecis fœdus icit 1698. ſed mortuo Chriſtiano V. Daniæ Rege ſua recuperat. Inde acerrimum bellum inter Carolum XII. Sueciæ Regem Friderici defenſorem, & Fridericum IV. Daniæ Regem exarſit: ad Cliſſoviam Suecicô contra Polonos bellô occid. 1702. Duc. 8. CAROLUS FRIDERICUS F. modernus Dux Holſato-Gottorpienſis nat. 30. Apr. 1700. ſuccedit Patri ſub tutela Patrui Chriſtiani Auguſti 1702. Sleswicenſis Ducatûs partem pacificatione 1720. Danis cedit: Kielæ reſidet. *Conj.* Anna Petrowna Petri I. Ruſſiæ Imperatoris F. nat. 7. Febr. 1708. deſp. 1. Jun. 1725. m. 15. Maij 1728. *Filius* Carolus Petrus Ulricus nat. 21. Feb. 1728. *Patruus* Chriſtianus Auguſtus Tutor moderni Ducis Gottor-

torpienſis ad a. 1720. m. 1726. (*Hujus Filij* 1. Carolus Epiſcopus Lubeccenſis 1726. m. 31. Maij 1727. 2. Adolphus Fridericus nat. 14. Maij 1714. *modernus Epiſcopus Lubeccenſis* à 16. Sept. 1727. 3. Auguſtus Fridericus nat. 20. Sept. 1711. 4. Georgius Lud. nat. 16. Mart. 1719. *Filiæ* 1. Hedwigis Sophia Auguſta nat. 9. Octob. 1705. Præpoſita Quedlinburgenſis ab a. 1728. 2. Friderica Amalia nat. 12. Jan. 1708. 3. Anna nat. 3. Feb. 1709. 4. Joanna Eliſabetha nat. 24. Oct. 1712. *Hujus Conj.* Joannes Ludovicus Princeps Anhaltino-Zerbſtenſis in Dornburg deſp. 8. Nov. 1727.) *Amita* Maria Eliſabetha nat. 21. Martij 1678. Abbatiſſa Quedlinburgenſis.

## §. IV.

### *Suc. Genea. Duc. Megalopolitanorum.*

### ORIGO DUC. MEGALOPOLIT.

Ducatum Megalopolitanum (*Mecklenburg*) peramplum olim Regnum, Heruli primùm, Vandali, Obotriti & Venedi Regum nomine poſſederunt ab a. M. 3629. ad an. Chr. 1163. Primus Herulorum Rex Anthyrius Paternam originem ab Herulis in Wagria, Maternam verò ab Amazonum & Alexandri M. ſtirpe traxiſſe fertur, taurino (aliis Bucephali) capite in inſignibus uſus. Ultimus Obotritorum & Venedo-

dorum Rex Pribislaus, ab Henrico Leone Sax. Duce multis bellis attritus, & magna Regionis parte multatus, ut pacem Regnúmque recuperaret, ad Chriſtiana ſacra traductus, & Principis duntaxat tituló contentus ſua omnia recipit 1163. & magnam Principum, mox Ducum Megalopolitanorum poſteritatem inchoat: Ejus poſteri Principum nomine: Henricus Burevinus I. *Senior* F. Henricus Burevinus *Junior* F. (Ejus quatuor filij diviſo Principatu Joannes I. *Megalopolitanum*, Nicolotus dominium *Werliorum* & *Guſtrovienſe*, Henricus Burevinus *Roſtochienſe*, Pribislaus *Parchinenſe* obtinent. Burevini & Pribislai progenies citò defecit; at Nicoloti poſteritas per duo ferè ſæcula floruit ad a. 1436. quó in Wilhelmo terminata & cum illa omnis Provincia in familiam *Megalopolitanam* translata eſt.) Joannes I. *Theologus* F. Henricus *Hieroſolymitanus* F. Henricus *Leo* F. ultimus Principis nomine. (Ejus filij Albertus & Joannes à Carolo IV. Imperat. Duces Megalopolitani 1349. creati binas lineas condiderunt, hic *Stargardiam* in Pronepote Ulrico 1471. extinctam, ille *Megalopolitanam* propagavit.)

***Familia Regnans unica.***

***Pribislaica ab a. 1349.***

AL-

ALBERTUS I. Henrici Leonis ultimi Megalop. Principis F. Pribislai ultimi Venedorum Regis Trinepos, primus Dux 1349. m. 1360. Duc. 11. MAGNUS I. F. m. 1384. Duc. 24. (Ejus Frater Albertus Rex Sueciæ à Margaretha Danica capitur.) JOANNES II. F. Roſtochij Academiam condit 1419. m. 1423. Duc. 38. HENRICUS *Pinguis* F. poſt Wilhelmi Principis Vandaliæ & Werliorum deceſſum, ac extinctis in Ulrico Agnatis *Stargardiæ* lineæ, utrumque Principatum cum Megalopolitano conjungit 1471. m. 1477. Duc. 54. MAGNUS II. F. animi magnitudine, & rerum gerendarum uſu inſignis Baſilicam Roſtochij fundat. m. 1503. Duc. 26. HENRICUS *Pacificus*, & P*ater Patriæ* F. Lutheri ſectam amplectitur. m. 1552. Duc. 29. relictis duobus filiis Magno, Epiſcopo Suerinenſi, altero Philippo ob animi ignaviam ad regendum impare. Quare Ducatus ad Joañem Albertum, Henrici ex Alberto *Pulchro* Nepotem devolvitur. JOANNES ALBERTUS I. Henrici Nepos, ſectæ Luth. Propagator, m. 1576. Duc. 24. JOANNES III. F. m. 1592. Duc. 16. ADOLPHUS FRIDERICUS & JOANNES ALBERTUS II. FF. Paternis poſſeſſionibus diviſis hic *Guſtrovienſem*, ille *Suerinenſem* lineam inchoârunt, uterque ab Imperatore aliquamdiu

Pa-

Patriâ proſcriptus 1628. Sueciæ dein & Confœderatorum armis reſtitutus eſt 1631. Lineâ *Guſtrovienſi* in Joannis Alberti filio Guſtavo Adolpho 1695. extinctâ Ducatus poſt 5. annorum litem 1701. Joannis Alberti Nepotibus diviſus eſt. Lineam *Suerinenſem* ADOLPHUS FRIDERICUS I. propagavit: Jus primogenituræ tot litium incentivum ſtatuit; at rurſum revocat m. 1658. Duc. 66. 10. filiorum, & 9. filiarum Pater. Ex his Chriſtianus Ludovicus Suerinum, Adolphus Fridericus Strelitium incoluerunt, & florentibus etiamnum *Suerinenſi* & *Strelitienſi* lineis initium dederunt.

I. Linea *Suerinenſis.*

CHRISTIANUS LUDOVICUS Adolphi Friderici F. Catholicam Religionem Pariſiis profitetur 1663. ſine hærede m. 1692. Duc. 34. (Ab ejus obitu pertinax lis de ſucceſſione agitata eſt inter Fridericum Wilhelmum, Chriſtiani Ludovici ex fratre Friderico lineæ *Grabovienſis* Nepotem, & Adolphum Fridericum lineæ *Strelitienſis*, Chriſtiani fratrem; poſt novennium 1701. diviſione ditionum ſic dirempta eſt, ut Fridericus Wilhelmus Patruo Friderico Adolpho Principatum Razeburgenſem, Dominatum Stargardiæ cum 9000. Imperial. quotannis ſolvendis traderet, ſibi verò Ducatum Megalopolitanum, Principatum Guſtrovien-

ſem,

ſem, Comitatum Suerinenſem, & Dynaſtiam Roſtochienſem reſervárit.) FRIDERICUS WILHELMUS Nepos, Friderici *Grabovienſis* F. ſine hærede m. 1713. Duc. 21. Ejus ſuperſtes *Vidua* Sophia Carolina Caroli Haſſo-Caſſelani filia nat. 16. Julij 1678. deſponſ. 2. Jan. 1704. reſidet Butzovij. CAROLUS LEOPOLDUS Fr. modernus Dux Megalopolitano - Suerinenſis nat. 26. Nov. 1679. ſuccedit 1713. cum Nobilitate & Senatu ab a. 1716. multa tricatur, ob quod Adminiſtratione Ducatûs decretô Conſilij Imperialis Aulici 1728. movetur. *Conj.* I. Sophia Hedwiges Henrici Caſimiri Principis Naſſovio-Diezenſis filia nat. 1690. deſponſ. 1708. divortiô ſejuncta 1710. ſine liberis. II. Catharina Joannis (Ivan) Czari in Moſcovia filia nat. 1692. deſponſ. 1716. *Filia:* Eliſabetha Catharina Chriſtina nat. 18. Dec. 1718. *Parentes:* Fridericus Dux Grabovienſis nat. 1638. m. 1688. & Chriſtina Wilhelmina Wilhelmi Haſſo-Wingheimenſis filia nat. 1653. deſp. 1671. m. 1722. *Frater* Chriſtianus Ludovicus Grabovienſis nat. 15. Maij 1683. Adminiſtrando Ducatui Suerinenſi à Cæſare Fratris locô præficitur 1728. *Ejus Conj.* Guſtava Carolina Adolphi Friderici II. Ducis Strelizienſis filia nat. 12. Julij 1694. deſponſ. 13. Nov. 1714. ex qua Fridericum 1717.

Ulricam Sophiam 1723. & Ludovicum 1725. genuit. *Soror:* Sophia Ludovica nat. 6. Maij 1685. vidua Friderici I. Reg. Pruſſiæ ab 1713.

II. Linea *Strelizienſis.*

ADOLPHUS FRIDERICUS II. *Poſthumus* Adolphi Friderici I. F. nat. 1658. m. 1708. Ejus tertia *Conjux* Chriſtiana Æmilia Antonia Schwarzburgico - Sonderhuſana nat. 1681. deſp. 1705. vidua ab 1708. reſidet Miraviæ cum filio Carolo Ludovico Friderico nato 23. Febr. 1708. ADOLPHUS FRIDERICUS III. modernus Dux Megolopolitano - Strelizienſis nat. 7. Jun. 1686. ſuccedit 1708. *Conj.* Dorothea Sophia, Joannis Adolphi Ducis Holſato-Plönenſis filia, nat. 4. Dec. 1692. deſp. 14. April. 1709. *Soror:* Guſtava Carolina uxor Chriſtiani Ludovici Grabovienſis *vid. ſupra.*

## §. V.

### *Succeſſio Geneal Ducum Pomeraniæ*

### ORIGO DUCUM POMERANIÆ.

POmerania, Vandalici olim & Venedici regni pars, primum Ducem Suantiborum, Miſtevoi Venedorum Regis Nepotem, circa a. 1025. obtinuit. Ejus quatuor Filij Suantopolcus, & Wugislaus Pomeraniam *ulteriorem* (quæ dein extincto ultimo Duce Meſtovino partim Polonis beneficiaria, par-

partim Crucigerorum, & præcipuè Ducùm citerioris Pomeraniæ poteſtati acceſſit) Vratislaus, & Ratiborus *citeriorem* in poſteris poſſederunt, variásque lineas *Wolgaſticam*, *Stettinenſem*, *Rugienſem*, *Gutskovienſem*, *Bardenſem*, aliásque condiderunt uſque ad Bugislaum XIV. totius Pomeraniæ Ducem, qui cum 1637. ſtirpem finiiſſet, mutuæ ſucceſſionis pactô, inter Ludovicum Electorem Brandeburg. & Ottonem I. Duc. Pomeran. 1338. conſtitutô, Pomerania jure Brandeburgo debebatur; at cùm tricennali bello Sueciæ arma eas Provincias inſediſſent, in Weſtphalica pacificatione 1648. Sueciæ Regi Pomerania *citerior*, Rugia, Stettinum, aliæque urbes: *ulterior* verò cum Magdeburgenſi, Halberſtadienſi, & Mündana Diæceſibus, ſæculi jure donatis, Brandeburgo obvenêre, donec 1715. Pomerania citerior Confœderatorum Nordicorum armis penitùs occupata, tandem Holmienſi pace 1720. Brandeburgo reddita eſſet, ſolâ Inſulâ Rugiâ cum Bardenſi, & Gutskovienſi diſtrictu Suecorum juri relictâ.

## §. VI.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Saxoniæ.*

### ORIGO DUCUM SAXONIÆ.

SAxones, Teutonum Cimbrorúmque ſobolem, ſuos olim Reges belli tempore

delegiſſe ex antiqua gentis hiſtoria eruitur: pacis ævô Principis, nedum Regis, qui univerſis imperitârit, patientes. Singulæ tribus, *in Oſtphalos*, *Weſtphalos*, & *Angrivarios* diviſæ, ſatrapas ſuæ genti præpoſitos cenſuêre, qui ingruente bello ſortilegiô electi cæteris obtemperârunt, confectô mox bellô æquo jure & poteſtate uſi. Reges inter ac Principes memoratu digniores: Hadericus initiô, Hengiſtus mediô, ac Witekindus in ipſo Regni Saxonici termino. Hadericum circa a. m. 3858. ante Chr. 900. regnâſſe, Hengiſtum factâ 449. in Angliam irruptione Heptarchiam conſtituiſſe, ac demum Witekindum *Magnum*, XXIV. & ultimum Regem, Saxoniæ Regnum tumulâſſe, Ducatum condidiſſe aiunt. Hic poſt multa præclarè geſta à cognato Albione & Danorum manu adjutus, vicies quater cum Carolo M. congreſſus, victus tandem poſitô Regnô unà Chriſti jugum cum Albione ſuſcepit, primus Dux Saxoniæ à Carolo M. 785. conſtitutus.

## *Familiæ Regnantes VII.*

I. Witekindica. II. Billungina. III. Bavarica ſeu Welffica. IV. Aſcania. V. March. Miſniæ, & exinde ortæ VI. Erneſtina & VII. Albertina, quævis in ſuas lineas diviſa.

*I. Wi-*

*I. Witekindica ab a. 785. ad 960. per an. 175.*

WITEKINDUS I. *Magnus*, Wernerini XXIII. Saxoniæ Regis F. à Lullo Epiſcopo Mogunt. cum tota familia baptizatur 785. à Carolo M. victore Weſtphaliam ſimul ac Angriam Ducatûs nomine accipit, Albione Patruele Archi-Palatino Comite Saxoniæ nominato. In apparatu belli contra Suevos m. 807. Duc. 22. (Ejus poſteri in *Saxonicam, Ringelheimenſem, Wettinenſem* & *Welfficam* ſtirpes diviſi, dilatatâ per Germaniam, Galliam, Burgundiam, Siciliam, Sabaudiam potentiâ Imperat. Regum, Ducum, Electorum, Marchionum ac Comitum Palatinorum titulô potiti ſunt.) WIGBERTUS F. m. 825. Duc. 18. (Ejus Frater Witekindus II. Comes Wettinenſis *Marchionum Miſniæ* Progenitor.) BRUNO I. F. m. 843. Duc. 18. (Ejus Frater Walpertus *Comitum Ringelheimenſium* & *Altenburgenſium, Ducum Slesvicenſium*, & *Holſatiæ, Regum Daniæ, Marchionum* & *Ducum Montisferratenſium* & *Sabaudiæ Ducum* Sator.) LUDOLPHUS F. *Magni Ducis Saxoniæ* titulô à Ludovico *Pio* Imperat. & filio ejus Lothario ornatur 843. amplificatô à Viſurgi ad Albim uſque Ducatu m. 859. Duc. 16. OTTO M. F. Brunonis II.

Brunſvici Conditoris Frater, oblatâ ſibi Imperij Romani coronâ m. 916. HENRICUS *Auceps* (ſimul Imperat.) m. 936. Duc. 20. OTTO I. M. F. (ſimul Imperat.) abdicat Ducatum & Hermanno Billungo tradit 960. Duc. 24. m. 973.

*II. Billungina ab a. 960. ad 1106. per an. 146.*

HERMANNUS BILLUNGUS F. Billungi de Stubeckeshorn Nobilis Luneb. ditiones Saxoniæ ad Albim ſitas, Dominatum Luneburgicum, Ducatum Lauenburgicum, & Burgraviatum Magdeburgicum poſſidet. m. 973. Duc. 13. BENNO, ſeu BERNO aut BERNARDUS I. F. m. 1011. Duc. 38. BERNARDUS II. F. à quibusdam primus Saxoniæ Elector dictus, m. 1062. Duc. 51. ORDULPHUS F. m. 1074. Duc. 12. MAGNUS F. ultimus Dux è familia *Billungina*, in bello contra Vandalos proſperè pugnat; quòd Ottonis Ducis Bav. contra Henricum V. Imperat. partes tueretur, ab Imperatore capitur 1073. m. 1106. Duc. 32. relictis duabus filiabus Elice, ſeu Elicke, & Wulfhilde, hâc Henrico *Nigro* Duci Bav. illâ Ottoni Comiti Aſcanio nuptui data, quorum connubiorum jure Saxonia poſtea ad *Bavaricam* & *Aſcaniam* familiam tranſiit. Ab obitu Magni, excluſâ tantiſper Elice & Wulfhilde Lotharius (poſtea Imperator) ab

ab Henrico V. Imperat. Ducatu Saxoniæ donatur 1106. ſed eundem Henrico *Superbo* Bavaro (cui matris jure ſucceſſio debebatur) una cum filia Gertrude Saxoniæ hærede in dotem tradit 1136.

*III. Bavarica ſeu Welffica ab a. 1136. ad 1180. per an. 44.*

HENRICUS *Superbus* F. Henrici *Nigri* Ducis Bav. & Wulfhildis, filiæ *Magni* ultimi Ducis Saxon. è *Billungina* fam. (ſimul Dux Bav.) materno nomine Ducatum adit 1136. à Conrado III. Imperat. exauthoratur Duc. 2. Saxoniâ Alberto Urſo è Domo *Aſcania* Ottonis Com. Aſcanij, & Elices filio tranſcriptâ, quam tamen non niſi poſt Henricum *Leonem* Bernardus Urſi Filius obtinuit. HENRICUS *Leo* F. à Friderico I. Imperat. proſcriptus, omnibus Provinciis exuitur 1180. Bavariâ Ottoni Wittelsbacenſi, Saxoniâ Bernardo Aſcanio, reliquîs, quæ in Weſtphalia Henricus poſſederat, Archi-Epiſcop. Colonienſi tranſcriptis. m. 1195. Duc. 41. *vid. pag. 73.*

*IV. Aſcania in duas lineas:* Electoralem *&* Saxo-Lauenburgicam *diviſa.*

*1. Electoralis ab a. 1180. ad 1422. per an. 242.*

BERNARDUS Alberti Urſi *Aſcanij* F. Dux ſimul & Elector Saxoniæ. *Ejus Succeſſores vid. pag. 52. & 53.*

*2. Saxo-Lauenburgica ab a. 1261. ad 1689. per an. 428.*

JOANNES I. Alberti I. Ducis & Elect. Sax. è Domo *Aſcania* F. Alberti II. Saxoniæ *ſuperioris* Ducis Fr. in partitione Saxoniam *inferiorem* obtinet, Lauenburgi reſidet. m. 1285. Duc. 24. JOANNES II. F. m. 1310. aut 1322. Duc. 25. vel 37. ALBERTUS II. Fr. m. 1314. Duc. 4. ERICUS I. Fr. m. 1360. Duc. 38. aut 50. ERICUS II. F. è Canonico maritus contra Rudolphum II. pro Electorali dignitate pugnat (*vid. pag.* 53.) m. 1376. Duc. 16. ERICUS III. Alberti II. F. m. 1401. Duc. 25. ERICUS IV. F. in Ducatu à Carolo IV. confirmatus m. 1411. Duc. 35. ERICUS V. F. inquieti animi Princeps, demortuô Albertô *Aſcaniô* ſucceſſionem in Saxonia ſuperiore & Electoratu prætendit, ſed rejicitur, utriusque jure à Sigismundo Imperat. in Fridericum *Bellicoſum* Landgravium Thuring. translato. m. ſine hærede 1435. Duc. 24. BERNARDUS I. Fr. contra Fridericum I. Brandeburgum infeliciter pugnat. m. 1463. Duc. 28. JOANNES F. *Palatini Saxoniæ* munus incaſsùm ambit. m. 1507. Duc. 44. MAGNUS I. *Magnanimus* ob depopulationem Epiſcop. Razeburgenſis & arrogatam ſibi Electoralem dignitatem excommunicatur & proſcribitur 1515. anathemate ſolvitur 1516. m. 1543. Duc. 35. FRANCISCUS I. F. Ducatu in filium Magnum translato 1578. m.

1581.

1581. Duc. 35. MAGNUS II. F. ductâ 1568. Sophiâ Guſtavi I. Reg. Suec. filiâ, eáque relictâ in Saxoniâ redux ob direptionem Razeburgenſem excommunicatur, & in Sueciam repellitur: rurſus redux in Saxoniam à Fratre Franciſco capitur 1588. m. in captivitate 1603. Duc. 3. aut 7. Sophiâ cum filio in Suecia relictâ. FRANCISCUS II. Fr. Dux 1581. m. 1619. Duc. 38. AUGUSTUS I. Fr. m. 1656. Duc. 37. JULIUS HENRICUS Fr. m. 1665. Duc. 9. JULIUS FRANCISCUS F. *ultimus* Dux Saxo-Lauenburgicus. m. 1689. ſine hærede maſculo. Ducatum 1697. Georgius Wilhelmus Dux Brunsvico-Luneburgicus ab Electore Saxoniæ ære coëmit: hodie Electori Hannoverano paret.

*V. Marchionum Miſniæ, & Landgrav. Thuringiæ ab a. 1423.*

FRIDERICUS I. *Bellicoſus* Marchio Miſniæ, & Landgravius Thuringiæ, poſt mortem Alberti III. Elect. Sax. *Aſcaniorum* ultimi Electorali dignitate, & Palatini Sax. titulo a Sigismundo Imperat. donatur 1423. Academiæ Lipſienſis Conditor m. 1428. FRIDERICUS II. *Placidus* per filios Erneſtum & Albertum communis omnium ſubſequentium Ducum Parens, quorum ille Provinciarum partitione *Erneſtinam*, hic *Albertinam* lineam condidit. *vid. pag. 53. & ſeq.*

*VI. Erneſtina ab a. 1485. in diverſas lineas diviſa.*

ERNESTUS Friderici II. *Pacifici* F. Natu major, facta cum fratre Alberto diviſione maximam Thuringiæ partem adipiſcitur, reſervatâ ſibi Electorali dignitate; Romæ à Sixto IV. aureâ roſâ donatur. FRIDERICUS *Sapiens* F. cum JOANNE *Conſtante* Fratre JOANNES FRIDERICUS I. *Magnanimus* F. *vid. pag. 54.* (Ejus Frater Joannes Erneſtus Coburgum obtinet, tres autem filij: Joannes Fridericus II. *Gothanæ veteris*, Joannes Fridericus III. *Jenenſis veteris*, & Joannes Wilhelmus *Vinarienſis* linearum authores extiterunt. Ex *Vinarienſi* rurſus aliæ quatuor lineæ: *Altenburgica*, *Iſenacenſis*, *Jenenſis nova*, & *Gothana nova*, ex hac iterum ſeptem ſurculi: *Gothanus*, *Coburgenſis*, *Meinungenſis*, *Rombildienſis*, *Eiſenbergenſis*, *Hildburghuſanus*, & *Saalfeldicus* pullularunt.)

*VII. Albertina ab a. 1485. in diverſas lineas diviſa.*

ALBERTUS Friderici II. *Pacifici* F. diviſô cum Fratre Erneſto Patrimoniô plurima ex Miſnia accipit, ob fortitudinem bellicam adeò clarus, ut à Belgis *Rolandus*, ab Innoc. VIII. Pontif. *dextera Imperij* appellari meruerit. Friderico III. Imperat. contra Mathiam Reg. Hung. aſſiſtit 1487. Maximilia-

lianum I. è captivitate vindicat 1458. m. 1500. Duc. 36. GEORGIUS *Dives*, ſeu *Barbatus* F. Friſios domat 1504. Pontificio pacto contra Lutherum conſentit 1538. m. 1539. Duc. 39. HENRICUS Fr. *Pius* antea Gubernator Friſiæ m. 1541. Duc. 2. MAURITIUS F. proſcriptô Joañe Fridericô primus ex *Albertina* fam. Elector. *vid. pag.* 55.

Ex familia *Erneſtina* ſequentes lineæ deſcendunt.

I. *Gothana vetus* Parente Joanne Friderico II. Joannis Friderici *Magnanimi* Elect. Sax. filio (quô à Maximiliano II. exauctoratô & captô, Gotha fratri Joanni Wilhelmo Vinarienſi ceſſit. Filij verò Joannes Caſimirus Coburgô, & Joannes Erneſtus Iſenacô potiuntur) in eodem Joanne Erneſto 1638. extincta, Iſenaco ad *Vinarienſes*, Coburgo ad *Altenburgenſes* devolutis.

II. *Jenenſis vetus*, Parente Joanne Friderico III. Joannis Friderici *Magnanimi* Elect. Sax. filio in eodem 1538. extincta.

III. *Vinarienſis* Authore Joanne Wilhelmo Joannis Friderici *Magnanimi* Elect. Sax. filio. *Modernus* Dux eſt: Erñeſtus Auguſtus nat. 19. April. 1688. gubernat cum Patruo Wilhelmo Erneſto ad an. 1707. eô defunctô ſolus Ducatum obtinet 1728. *Conj.* Eleonora Wilhelm. Anhalto-Cöthenſ. m.

 1726.

1726. *Liberi:* Wilhelmina Auguſta nat. 1717. Joannes Wilhelm. nat. 1722.

IV. *Altenburgica* Parente Friderico Wilhelmo, Joannis Wilhelmi primi Ducis Vinarienſis filio. Hæc emortuis *Comitibus Hennebergicis* 1583. & extinctô 1638. Joanne Erneſto *Gothanæ veteris* lineæ ultimô Coburgô aucta eſt; ſed in Friderico Wilhelmo III. 1669. exaruit, ſuccedente in Altenburgicorum ditiones proximo agnato Erneſto Gothano.

V. *Iſenacenſis* Parente Adolpho Wilhelmo, Wilhelmi Ducis Vinarienſis filio. *Modernus* Dux eſt: Wilhelmus Henricus nat. 10. Nov. 1691. ſuccedit 1729. *Conj.* Anna Sophia Brandeburgica deſp. 1723.

VI. *Jenenſis nova* Parente Bernardo, Wilhelmi Ducis Vinarienſis filio, in Joanne Wilhelmo Bernardi filio 1690. emortuo. Jenenſium ditio partim Iſenacenſibus, partim Vinarienſibus Ducibus ceſſit.

VII. *Gothana Nova* Parente Erneſto *Pio* Joannis Vinarienſis Filio, ejus ſeptem filij in ſeptem ramos *Gothanam* lineam dilatârunt.

1. In *Gothanum* Parente Friderico, Erneſti *Pij* in Gothana ditione ſucceſſore. *Modernus* Dux eſt Fridericus II. *Junior* nat. 28. Jul. 1676. ſuccedit 1693. *Conj.* Magdalena Auguſta Anhaltino-Zerbſtenſ. deſp. 1696. *Hæreditarius Princeps:* Fridericus nat. 14. April. 1699. *Conj.* Ludov. Dorothea Saxo-Meinung. deſp. 8. Aug. 1729. 2.

2. In *Coburgenſem* Parente Alberto, in quo eodem 1690. defecit. Poſt diuturna jurgia *Gothani* Coburgum vindicârunt.

3. In *Meinungenſem* Parente Bernardo. *Prior* Dux fuit Erneſtus Ludovicus, Bernardi ex Erneſto Ludovico Filio Nepos, nat. 8. Aug. 1709. m. 1729. *Frater* Carolus Fridericus nat. 18. Julij 1712. *Patrui* Fridericus Wilhelmus Tutor prioris Ducis & Antonius Ulricus.

4. In *Rombildienſem* Parente Henrico, in eodem 1710. extinctum. Lis de ſucceſſione nondum dirempta eſt.

5. In *Eiſenbergenſem* Parente Chriſtiano, quô 1707. ſine maribus defunctô Dux Gothæ Eiſenbergenſium portionem obtinuit.

6. In *Hildburghuſanum* Parente Erneſto. *Modernus* Dux eſt: Erneſtus Fridericus Erneſti primi Ducis Hildburg. ex Erneſto Frid. Filio Nepos nat. 17. Dec. 1707. ſuccedit 1724. *Conj.* Carolina Philippi Caroli Com. Erpacenſis Filia deſponſ. 1726. *Filius:* Erneſtus Fridericus Carolus nat. 10. Jun. 1727. *Frater:* Erneſtus Ludovicus nat. 11. Sept. 1710. *Patruus:* Joſephus Fridericus nat. 5. Oct. 1702. Religionem Catholicam amplexus 1727.

7. In *Saalfeldicum* Parente Joanne Erneſto Erneſti *Pij* ſeptimo Filio. *Modernus* Dux: Joannes Erneſtus nat. 22. Aug. 1658.

*Filij:* Chriſtianus Erneſtus nat. 18. Aug. 1683. & Franciſcus Joſias nat. 25. Sept. 1697. *Hujus Filij:* Erneſtus Fridericus, & Frid. Wilhelmus.

Ex familia *Albertina* ſequentes quatuor lineæ deſcendunt per 4. filios Joannis Georgij I. Elect. Sax. diſtinctæ.

I. *Electoralis* Parente Joanne Georgio II. Georgij I. Filio, & in Electoratu ſucceſſore. *vid. pag. 55.*

II. *Weiſſenfelſenſis* Parente Auguſto, Archi-Epiſcopo Magdeburgenſi, Joannis Georgij I. Elect. Sax. Filio. *Modernus* Dux eſt: Chriſtianus, Auguſti ex Joanne Adolpho Filio Nepos nat. 23. Febr. 1682. ſuccedit Fratri Joanni Georgio 1712. *Conj.* Ludovica Chriſtina Comes Stolbergenſis deſponſ. 1712. ſine liberis. *Frater:* Joannes Adolphus nat. 4. Sept. 1685. ſtrenuus miles.

III. *Merſeburgica* Parente Chriſtiano Seniore, Joannis Georgij I. Elect. Sax. Filio. *Modernus* Dux eſt: Mauritius Guilielmus, Chriſtiani I. ex Chriſtiano II. Filio Nepos, nat. 5. Febr. 1688. *Conj.* Henrica Carolina Georgij Auguſti Princip. Naſſov. Filia deſponſ. 1711. ſine liberis. *Patruus* Henricus Dux Sprembergenſis nat. 2. Sept. 1661.

IV. *Zizienſis* Parente Mauritio Joannis Georgij I. Elect. Sax. quarto Filio. Ejus Filius Mauritius Wilhelmus *ultimus* Dux,

&

& Adminiſtrator Naumburgicus, factus Catholicus 1717. rurſum Lutheranus 1718. amiſſo 1710. filio & hærede Friderico Auguſto m. 1718. adminiſtratione cum cæteris ad Domum *Electoralem* accedentibus. *Hujus ſuperſtes Filia:* Dorothea Wilhelmina conjux Wilhelmi Landgravij Haſſo-Caſſelani. *Frater:* Chriſtianus Auguſtus Cathol. 1695. Cardinal. 1706. & Archi-Epiſcop. Strigon. m. 1725. Ejus ex Friderico Henrico Fratre *Nepos:* Mauritius Adolphus nat. 1702. Catholicam fidem profeſſus 1716. Canonicus Colonienſis 1722.

## §. VII.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Sileſiæ.*

### ORIGO DUCUM SILESIÆ.

Sileſia, olim Quadorum imperio ſubdita, ad tempora Conſtantini M. teſte *Marcellino*, ſuos Reges cenſuit. Tempore Lechi majoris Poloniæ pars habita eſt, donec Uladislaus II. Boleslai II. Reg. Polon. Filius è *Piaſtica* Familia, à fratribus Poloniâ pulſus, ſed ope Friderici I. Imperat. iisdem reconciliatus, Sileſiæ Ducatum recepiſſet 1159. Ejus terni ſuperſtites filij ita Patrimonium diviſerunt, ut Miecislaus *ſuperiorem*, Boleslaus *mediam*, & Conradus *inferiorem* Sileſiam ſortiretur, quæ poſtea,

Con-

Conrado haud diu à Patris morte ſine hærede decedente, Boleslai ditionibus acceſſit. Tempore Joannis, Caroli IV. & Wenceslai Lucemburgicorum Silefiæ Principes ſe in clientelam Regum Bohemiæ commiſerunt; inde Silefia in 17. Principatus diviſa, partim hæreditario, partim beneficiario jure potiſſimùm Bohemiæ coronæ adjecta eſt, quamvis ejus partem privati quoque Principes obtineant.

## *Familiæ Regnantes III.*

I. Polonica ſeu Piaſtica. II. Regum Bohemiæ. III. Privatorum Principum.

Duces ſuperioris Sileſiæ *Teſchinenſes, Oppelenſes, Ratiborenſes, Troppavienſes, Jægerndorffenſes & Neiſſenſes.*

MIECISLAUS I. Uladislai II. F. facta cum fratribus diviſione totius *ſuperioris* Sileſiæ Dux 1164. m. 1211. Duc. 47. CASIMIRUS I. F. m. 1234. Duc. 23. MIECISLAUS II. F. m. 1246. Duc. 12. (Eô demortuô Ducatum Troppavienſem Premislaus III. Ottocarus occupavit, & Notho ſuo Nicolao tradidit.) ULADISLAUS I. F. totius *ſuperioris* Sileſiæ, dempto Troppavienſi Ducatu, à fratre hæres dictus m. 1272. Duc. 26. relictis 5. filiis Miecislao III. & Jacobo ſine hærede defunctis, Caſimiro II. *Teſchinenſi*, Boleslao I. *Oppelenſi*, Premislao *Ratiborenſi* Ducibus. Ita ſuperior Sileſia in tres Principatus diſſecta. Te-

*Teſchinenſis.* *Primus* Dux: Caſimirus II. Uladislai I. F. m. 1306. Duc. 34. *Ultimus:* Fridericus Wilhelmus ſine hærede m. 1625. Ab ejus obitu Ferdinandus II. Imperat. tanquam Bohemiæ feudum recipit, modernus verò Aug. Imperat. Leopoldo Joſ. Carol. Duci Lotharingiæ ob prætenſionem ad Mantuæ & Montisferrati Ducatum tranſcripſit 1722.

*Oppelenſis.* *Primus* Dux: Boleslaus I. Uladislai I. F. m. 1313. Duc. 41. *Ultimus:* Joannes, qui extinctis *Ratiborenſibus* Ducibus in Ratiborenſi Principatu 1516. ſucceſſit, ſed eo quoque 1532. ſine liberis decedente Ferdinandus I. Imperat. utrumque Principatum vendicavit, diverſis poſtea Principibus elocatos, primùm Georgio March. Brandeb. qui dein Saganenſem & Soranum pro iis accepit. 1550. Ferdinandus I. Joanni Sigismundo Bathorio, 1598. Rudolphus II. Sigismundo Bathorio, 1621. Ferdinandus II. Gabrieli Bethlemio Tranſylvaniæ Principibus, & 1645. Ferdinandus III. Uladislao IV. Reg. Polon. utrumque Principatum pignori dedit, à Leopoldo Imperat. tamen 1664. rurſum pretiô redemptum.

*Ratiborenſis.* *Primus* Dux: Premislaus Uladislai I. F. m. 1309. Duc. 37. Leſcus F. m. 1340. Duc. 31. Ejus ſoror Anna, Nicolao II. Duci Troppavienſi ex *Bohemica* Ot-

Ottocari Regis familia nupta, Principatum Ratiborenſem ad eam familiam tranſtulit. Ex ejus poſteris *ultimus* Dux: Valentinus m. 1516. Ratiborenſi Principatu ad Ducem Oppelenſem, inde ad Ferdinandum I. Reg. Bohem. translatô *vid. ſup. Duc. Oppelenſ.*

*Troppavienſis. Primus* Dux poſt Miecislaum II. Nicolaus I. Nothus Premislai III. Ottocari Reg. Bohem. m. 1320. Duc. 66. Nicolaus II. per uxorem Annam ſimul Dux Ratiborenſis, fit Bohemiæ Regi clientelaris 1327. m. 1340. Duc. 20. relictis 4. filiis Premislao III. & Wenceslao I. in *Troppavienſi* Principatu ſucceſſoribus, Joanne I. *Ratiborenſi*, & Nicolao III. *Jægerndorffenſi* Ducibus. *Ultimi* Duces ſimul Regnantes ex *Ottocarico* ſtemate Wenceslaus III. m. 1469. & Joannes *Lübſchizenſis* m. 1480. inde Troppavia Coronæ Bohemicæ adjecta, varias viciſſitudines ſubiit; nam Georgio Bohemiæ & Mathia Hungariæ Rege de Sileſia decertantibus Victorinus Georgij Filius 1471. Troppaviam obtinet, ea tamen rurſum Mathiæ Regi cedit, qui in filium Joannem Corvinum tranſtulit. Demortuô Mathiâ Uladislaus IV. Bohemiæ Rex eum Principatum à Victorino repetit, & primùm Joanni Alberto, dein Sigismundo fratribus concedit; at alio ex alio ad Poloniæ Regnum

gnum evecto rurſum coronæ inſeruit 1507. ſubinde 1523. Ludovicus Rex Caſimiro IV. Duci Teſchinenſi ad dies vitæ conceſſit 1528. eóque demortuô iterum Bohemiæ adjecit, donec 1614. Ducatus hic à Mathia Imperat. Domui *Liechtenſteiniæ* oppignoratus eſſet, cui etiamnum paret. *Primus* Dux è fam. *Liechtenſteinia:* Carolus lineæ *Carolinæ* Conditor a Mathia Imperat. 1618. Princeps Imperij creatur, à Ferdinando II. Jægerndorffenſi etiam Ducatu 1623. donatur. (Ejus Fr. Gundaccarus alteram *Gundaccaricam* lineam proſevit.) Carolus Euſebius F. Joannes Adamus Andreas F. cujus filius & hæres unô ante Patrem anno m. 1711. hinc uterque Principatus ad proximum Agnatum *Gundaccaricæ* lineæ Antonium Florianum, ſupremum Aulæ Cæſareæ Præfectum devolvitur, cui 1721. defuncto ſuccedit unicus filius Joſephus Joannes Adamus *modernus* Princeps ac Regens Domûs Liechtenſteiniæ nat. 27. Maij 1690. Magnas Hiſpaniæ, obtinet votum & ſeſſionem in Collegio Principum 1723. *Conj.* III. Maria Anna Catharina, Franciſci Alberti Comitis Oettingenſis filia nat. 1693. deſp. 1717. *Liberi:* Maria nat. 1721. & Joan. Nepom. nat. 1724.

*Jægerndorffenſis.* Facta poſt mortem Uladislai I. ſuperioris Sileſiæ Ducis diviſione, Jægerndorffenſis Principatus Ratiborenſi con-

conjunctus permanſit ſub poteſtate Premiſlai, Leſci, Nicolai II. *vid. ſupra Duc. Ratiborenſ.* à cujus obitu diviſis ditionibus Nicolaus III. Principatum Jægerndorffenſem ſolus poſſidendum accepit. *Ultima* ex fam. *Ottocarica* hæres Barbara, quæ Georgio Baroni Schellenbergico enupta Principatum ad *Schellenbergicos* tranſtulit, qui ad a. 1511. eundem poſſederunt, Bohemiæ denuò adſcriptum. 1523. Ludovicus Rex Bohemiæ Georgium Marchionem Brandeburg. Tutorem ſuum Jægerndorffenſi ditione donat. *Ultimus* ex *Brandeburgica* fam. fuit Joannes Georgius à Ferdinando II. quòd Friderici V. Palatini partes tueretur, exauthoratus 1623. vacuum Principatum Cæſar *Liechtenſteiniis* (ſimul Ducibus Troppavienſibus) tradidit, quem hodiedum poſſident. *vid. ſupra Duc. Troppav.*

*Neiſſenſis*, ſeu *Grotkovienſis*, à Vratislavienſi Principatu avulſus, à Boleslao *Alto medio* Sileſiæ Duce, degeneri filio Jaroslao obvenit, qui 1198. Epiſcopus Vratislavienſis factus, teſtamentô Neiſſenſem Principatum Epiſcopatui Vratislav. tranſcripſit, quod dein 1230. Henricus *Pius* nova donatione facta ratum habuit, & in perpetuum Epiſcopatui Vratislav. inſeruit. Exin Epiſcopi Vratislav. Duces *Neiſſenſes. vid. infra Epiſcop. Vratislav.*

*Du-*

*Duces mediæ & inferioris Sileſiæ.*

BOLESLAUS I. *Altus*, ſeu *Procerus* Uladislai II. Poloni F. Fraterna partitione 1164. *mediæ* Sileſiæ, & Vratislaviæ, & defuncto fratre Conrado *inferioris* dominatum adit 1179. m. 1201. Duc. 37. HENRICUS I. *Barbatus* F. Princeps optimus, contra Leſcum V. Regem Polon. à quibusdam Proceribus electus, nunquam tamen plenum in regnum jus obtinet. m. 1238. Duc. 37. HENRICUS II. *Pius* F. à Tartaris Sileſiam depopulantibus in prælio occid. 1242. Duc. 4. relictis 3. filiis Henrico III. Boleslao II. & Conrado II. quorum primus *Vratislaviæ*, ſecundus *Lignicij*, tertius *Glogoviæ* Principatus (Sileſiâ inferiore in tres ditiones & lineas diviſâ) hæreditate ceperunt.

*Vratislavienſis*. *Primus* Dux: Henricus III. Henrici II. F. m. 1266. Duc. 24. *Ultimus* Henricus VI. Uladislai Ducis Lignicenſis F. ob turbas ac moleſtias à Fratre Boleslao ſibi illatas Joannis Lucemburgici Bohemiæ Regis tutelæ ſe comittit, eô tamen pactô, ut Rex relicto ſibi ad vitæ dies Comitatu Glatzenſi, à morte in Ducatum Vratislavienſem ſuccederet. Ex quo tempore Ducatus Vratislavienſis Coronæ Bohemiæ ſemper adjunctus manſit. improlis m. 1335. Duc. 39.

*Lignicenſis.* *Primus* Dux: Boleſlaus II. *Calvus* Henrici II. *Pij* F. m. 1278. Duc. 36. *Ultimus* Georgius Wilhelmus Lignicenſis, Brigenſis, ac Volavienſis Dux ſine hærede maſculo m. 1675. Duc. 3. devolutîs his tribus Provinciis ad Leopoldum feudi Dominum Lignicenſis Ducatus in 3. Ducatus diviſus erat Lignicenſem, Brigenſem, Schweidnicenſem.

*Brigenſis.* *Primus* Dux: Boleslaus Henrici III. *Craſſi* Lignicenſis Ducis F. mortuô ſine liberis Uladislaô hæreditario jure Ducatum Lignicenſem ſibi vendicat 1331. m. 1343. Duc. 47. *Ultimus* Georgius Wilhelmus *vid. ſupra Duc. Lignicenſ.*

*Schweidnicenſis.* *Primus* Dux: Boleslaus Boleslai II. *Calvi* Lignicenſis Ducis F. m. 1301. Duc. 23. Bernardo *Schweidnicium*, Henrico I. *Jauravium*, Boleslao I. Filiis *Minſterbergam* hæreditate tranſcripſit. *Ultimus* Boleslaus IV. Bernardi ſupralaudati F. cui Carolus IV. Imp. intuitu uxoris Annæ Boleslai ex Fratre Henrico Neptis, Schweidnicenſem cum Jauravienſi Ducatu in feudum conceſſit. m. 1368. Duc. 27. eô demortuô utrumque Ducatum Carolus IV. Imp. Regno Bohemiæ adjecit. Ducatus Schweidnicenſis in tres alios per Boleslaum *Bellicoſum* diviſus erat: Schweidnicenſem, Jauravienſem, & Münſterbergenſem.

*Jau-*

*Jauravienſis.* *Primus* Dux: Henricus I. Boleslai Schweidnicenſis Ducis F. *Ultimus* Boleslaus IV. *vid. Duc. Schweidnic.*

*Münſterbergenſis.* *Primus* Dux: Boleslaus Boleslai II. Schweidnicenſis Ducis F. à Carolo IV. Comitatum Glatzenſem obtinet m. 1342. Duc. 41. *Ultimus* ex Familia *Piaſtica-Schweidnicenſi* Joannes Boleslai II. Ducis Münſterberg. F. ab Huſſitis occid. 1429. Duc. 52. occiſo ſine hærede Joanne Coronæ Bohemiæ Münſterburgum inſertum. 1443. Wilhelmo Troppaviæ Duci in feudum datum. Fratre vero Erneſto Primislao, ſine hærede demortuo, rurſum Regno Bohemiæ reſtituitur: Podiebradio demum Bohemiæ Rege à Friderico V. Imp. Victorino & Henrico I. qui ſimul Volavienſis & Olſnenſis Dux erat, Podiebradi Filiis Münſterbergenſis Ducatûs poſſeſſio ſtabilita. *Ultimus* hujus familiæ Carolus Chriſtophorus Joannis Münſterberg. Ducis F. ſine hærede m. 1569. eô mortuô ad patrueles Henricum III. & Carolum II. devolvitur, hi verò Proceribus Münſterbergenſibus vendunt, qui 1570. Maximiliano II. Imp. ſe ſubjiciunt. exin Münſterbergum Coronæ Bohemiæ 27. annis adjunctum permanſit, demum 1654. à Ferdinando III. Imp. Familiæ *Auerſpergicæ*, optimè de Imperio meritæ, obvenit. *Modernus* Henricus Joſephus nat. 1696.

1696. Dux ab a. 1713. *vid. infra tit. Princip. S.R.I.*

*Glogovienſis.* *Primus* Dux Conradus II. Henrici II. *Pij* Sileſiæ *inferioris* Ducis F. vivus etiamnum Principatum Glogovienſem inter tres filios diviſit *Saganum* Premislao, Henrico III. *Glogovium*, Conrado *Steinovium*, dein *Volavium* dictum, tranſcripſit. m. 1298. Duc. 56. Henricus III. F. demortuis fratribus Saganenſis, Glogovienſis & Steinovienſis Dux m. 1309. Duc. 11. Henrico IV. Filio *Saganum*, Conrado *Olſnam*, Joanni *Steinovium*, Premislao *Glogovium* hæreditate tranſcripſit. m. 1309. Duc. 11. Premislaus F. ſine hærede m. 1331. Duc. 22. eô demortuô bini Fratres Joannes Steinovienſis, & Henricus IV. Saganenſis Duces Glogovium dividunt; Joannes portionem ſuam Joanni Lucemburgico Bohemiæ Regi divendidit, qui dein Caſimiro III. Teſchinenſi Duci tranſcripſit. Exin Glogovium duo Duces Teſchinenſis & Saganenſis tenuêre, & pars Glogovienſ. Ducatûs ſemper Sagano conjuncta perſtitit uſque dum 1395. mortuô Henricô VIII. Saganenſi & Glogovienſi Duce bini ejus filij Joannes I. Saganenſem, & Henricus IX. Glogovienſem Principatum, rurſum diviſos, paternâ voluntate accepiſſent. *Ultimus* Henricus X. Henrici IX. F. ſimul Dux Croſnenſis m. 1476. Duc.

9.

9. Barbaram uxorem Brandeburgam Glogovienſis & Croſnenſis Principatus hæredem dicit. Ortîs tamen inter Barbaram & Joannem II. Henrici Patruelem, Ducem Saganenſem de hæreditate diſſidiîs Barbara Croſnenſem Principatum (qui dein Marchiæ Brandeburgicæ inſertus, & à Joachimo II. 1538. Ferdinandi I. Imp. conſenſu a Sileſia ſeparatus erat) Glogovienſem verò Joannes II. Saganenſis ope Matthiæ Hungariæ Regis obtinet; at ob crudelitatem rursùm à Matthia ejicitur, qui Filio Joanni Corvino tradit 1488. Patre Matthia defuncto Uladislaus IV. Bohemiæ Rex Coronæ ſuæ adjecit.

*Croſnenſis :* Hic Principatus ſemper Glogovienſi conjunctus permanſit, Theodorico Magdeburgico quidem oppignoratus, & ab Henrico IV. Vratislavienſi redemptus ad Vratislavienſes Duces tranſiit, à morte tamen Henrici Glogovienſi Ducatui rurſum inſertus eſt, uſque dum Marchiæ Brandeburgicæ incorporatus, à Joachimo II. 1538. Ferdinandi I. Imp. conſenſu à Sileſia ſepararetur; nunc Regi Pruſſiæ paret.

*Saganenſis. Primus* Dux : Premislaus Conradi II. Glogovienſis Ducis F. ante parentem m. 1290. Duc. 10. *Ultimus:* Joannes II. ob barbariem à Matthia Ungariæ Rege è Ducatu Glogovienſi ejicitur, utì ſupra

dictum, Saganum verò Marchionibus Miſniæ 55000. florenorum pretiô oppignoravit m. 1504. Ad annum uſque 1548. Saganum Miſnienſibus paruit, quo tempore Ferdinandus I. Rex Bohem. redditâ Mauritio Marchioni Miſniæ elocatâ ſummâ, Ducatum ſuis ditionibus ſubjecit: præfuit eidem ad annum uſque 1553. dein Electori Brandeburgico Georgio Friderico oppignoravit. 1558. Balthaſar Promnizius Epiſcopus Vratislavienſis pretiô redemit. 1562. demortuô ejus patruele Sigefridô rurſum Imperatoris ditionibus acceſſit. Ferdinandus II. Alberto Wallenſteinio 1628. in feudum: eô defunctô Ferdinandus III. Domui *Lobkowizianæ* vendidit 1646. quæ etiamnum poſſidet. *Modernus* Philippus Princeps Lobkowizius ab 1715. *vid. inf. tit. Princip.*

*Steinavienſis*, qui dein *Volavium* dictum. *Primus* Dux: Conradus *Gibboſus*, Conradi II. Glogovienſis Ducis F. m. 1304. Duc. 6. Ex ejus poſteris Conradus VII. *Albus* Volavium Olſnæ conjunxit, à Matthia Rege Hungariæ pulſus, ſed ab ejus obitu per Uladislaum Regem Bohemiæ reſtitutus 1490. Conrado è vivis decedente 1492. Volavium cum Olſna Uladislao prædicto adjectum, qui utrumque Ducatum cum Henrico I. Münſterbergenſi è Familia *Podiebradica* pro dominio Podiebradico commutavit 1459.

1459. Henricus II. ſimul Münſterbergenſis Dux Caroli I. Ducis Volavienſ. F. Friderico II. Duci Lignicenſi Münſterbergum cum Volavio & Olſna elocavit. Münſterbergum 1550. rurſum pretiô à Friderico III. prædicti Henrici II. F. redemptum, Volavium verò & Olſna cum Ducatu Lignicenſi conjunctum permanſit. *Ultimus*: Georgius Wilhelmus. *vid. ſupra Duc. Lignic.*

*Olſnenſis.* *Primus* Dux: Conradus *Fidelis*, Henrici III. Ducis Glogov. F. m. 1360. Duc. 11. *Ultimus*: Carolus Fridericus Caroli II. Ducis Olſnenſis F. m. 1647. Duc. 30. relictâ unicâ Filiâ Eliſabethâ Maria, hærede, à Sylvio Nimrod ex domo *Würtembergica* in thori ſociam electa, inde Ducatus Olſnenſis ad ſtirpem Würtembergicam devolutus. *Modernus*: Carolus Fridericus ex *Juliana* linea ab a. 1697. *vid. infra Duc. Württemberg.*

## §. VIII.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Sueviæ.*

### ORIGO DUCUM SUEVIÆ.

IN Suevia primùm Marcomanni, ac poſtquam hi in Bohemiam commigrârunt, Alemanni, ac tandem Suevi ipſi ſedem fixêre, ampliſſimâ ditione ad uſque Poloniæ fines protensâ. Verùm non contenti Ale-

mannia Suevi, in Galliam, Hiſpaniam, aliasque oras ſe effuderunt, & circa a. 408. Hermenerico Duce Gallæciæ Regnum condiderunt, à Leovigildo dein Gothorum Rege a. 584. exciſum. Pars alia in Suevia ad annum uſque 499. ſub Regum imperio conſtituti, ultimo eorum Duce Alarico à Clodovæo Rege Galliæ ad Tobliacum occiſo, Sueviam, ſeu Alemanniam, abolito regni nomine, Ducatûs titulo inſignitam accepêre. A quo tempore Imperatorum, aut Galliæ Regum Locum-tenentibus, ac Gubernatoribus ſuberant: è quibus ultimus Landofridus tempore Childerici ultimi Regis Merovingij Sueviæ præfuit. Denique ſub Carolingis Regibus 816. Chriſtianam fidem Suevia per S. Anſcharium ſuſcepit; mox ad Germanicos Imperatores devoluta, hæreditarius Ducatus erectus eſt primo Duce Burchardo è Comitibus Suevis de *Buchorn* à Conrado I. Imperat. inaugurato 916.

## *Familiæ Regnantes IV.*

I. Buchornienſis Suevica. II. Auſtriaca mixta. III. Stauffiana. IV. Habſpurgica.

*I. Buchornienſis Suevica ab a. 916. ad 1012. per an. 96.*

BURCHARDUS I. è Comitibus *Buchornienſibus* Suevis primus Dux hæredit. 916. oc-

occid. in Italia 927. Duc. 11. HERMANNUS I. vel Fr. vel maritus Burchardi viduæ (aliis è Franconica gente) Henrici Aucupis Imperat. beneficiô Dux, m. 948. Duc. 21. LUITHOLFUS Hermanni I. Gener, Ottonis I. Imperat. F. per Conjugem Idam, Hermanni I. filiam, Ducatum obtinet m. 957. Duc. 9. BURCHARDUS II. Burchardi I. F. m. 973. Duc. 16. OTTO I. Luitholfi F. m. 997. Duc. 15. HERMANNUS II. F. ab Ottone III. Imperat. Dux creatus m. 1004. Duc. 7. HERMANNUS III. F. ſub matris tutela m. ſine hærede 1012. Duc. 8. Sueviâ ad Auſtrios devolutâ.

*II. Auſtriaca ab a. 1012. ad 1038. per an. 26.*

ERNESTUS I. Henrici I. Marchionis Auſtriæ F. per uxorem Giſelam, Hermanni III. ſororem, Dux. In venatione occid. 1015. Duc. 3. ERNESTUS II. F. à Vitrico Conrado II. Imperat. Ducatu privatur, & m. 1030. Duc. 15. HERMANNUS IV. Fr. in Italia m. 1038. Duc. 8. (HENRICUS *Niger* (III. Imperat.) F. Conradi II. Imperat. ex Conjuge Giſela, filia & hærede Hermanni II. Sueviæ Ducis, m. 1045. Duc. 7. OTTO II. vel Hermanni IV. Ducis Sueviæ F. vel è gente Comitum *Wittelsbacenſium* ab Henrico III. Imperat. Ducatum Sueviæ obtinet m. 1047. Duc. 2. OTTO III. è Comitibus *Schweinfurthenſibus* ab eodem

dem Henrico Imperat. Ducatu Sueviæ donatus 1048. m. 1057. Duc. 9. RUDOLPHUS Cunonis Comitis *Rheinfeldenſis* F. Henrici III. Imperat. per filiam Mathildem Gener, ab Henrico IV. Imperat. Dux Sueviæ inauguratur 1057. Cæſare in Italia exiſtente à quibusdam Imperij Principibus in Imperatorem electus 1077. ab eodem Henrico in prælio occid. 1080. Duc. 23.)

*III. Stauffiana ab a. 1080. ad 1268. per an. 188.*

FRIDERICUS *Antiquus* Friderici Comitis in Hochenſtauffen (Caſtri in Württenbergenſi Ducatu) F. ob navatam Henrico IV. contra Rudolphum bellicam operam ab eodem Dux Sueviæ creatur 1080. m. 1105. Duc. 25. FRIDERICUS *Luſcus* F. Conradi III. Imperat. Fr. Friderici I. *Ænobarbi* Genitor m. 1147. Duc. 42. FRIDERICUS *Ænobarbus* (ſimul Imperator) *vid. part. 1. pag.* 22. Sueviam retinet ad a. 1167. quô eam filio Friderico tradit. FRIDERICUS F. Frater Henrici VI. & Philippi Imperatorum, cum Patre in Palæſtinam profectus peſte m. 1192. Duc. 25. CONRADUS Fr. ſine hærede m. 1196. Duc. 4. PHILIPPUS Fr. (ſimul Imperator) *vid. part. 1. pag.* 23. FRIDERICUS Henrici VI. Imperat. F. (II. Imperat.) *vid. part. 1. pag.* 23. CONRADUS F. Sueviam, Neapolim, & Siciliam adeptus m. 1254. Duc. 5. CONRADI-

NUS

NUS F. ultimus ſtirpis *Suevicæ* Dux & Hæres, ad recuperandum avitum Regnum Siciliæ cum Friderico Auſtrio profectus, Neapoli capite plexus eſt 1269. Duc. 14. *vid. part.* 1. *Reg. Neap. & Sicil.*

Extinctâ *Suevicâ* familiâ magni interregni tempore Rudolphus I. Imperat. vacuum Auſtriæ, & Sueviæ Ducatum, ceu Imperij feuda, Ordinum conſenſu illum Alberto, hunc Rudolpho filiis attribuit 1282. exin *Habſpurgica* familia in utroque Ducatu imperat.

*IV. Habſpurgica ab a.* 1282.

RUDOLPHUS Rudolphi I. Imperat. F. poſt 14. annorum interregnum à Patre Dux Sueviæ conſtituitur. Ducatui Sueviæ Alſatiam, & Burgoviam adjicit m. 1289. Duc. 7. JOANNES *Poſthumus* F. ſub tutela Patrui Alberti I. Imperat. quem perfidè ad Rhinfeldam occidit 1308. poſt cædem exauthoratus Piſis in cænobium intruſus m. 1313. Duc. 19. LEOPOLDUS *Glorioſus* Alberti I. Imperat. F. ab Henrico VII. Imperat. Ducatu Sueviæ de novo donatus 1313. m. ſine hærede 1326. Eô demortuô à Locum-tenentibus Auſtriacis Suevia gubernata eſt, Ducíſque dignitas ſolis Auſtriacis attributa, apud quos hodiedum perennat, quamvìs lapſu temporis plurimæ ditiones ab Auſtriaco Imperio avulſæ, in Principatus, Dyna-

naſtias, & liberas urbes Imperij commutatæ fuerint.

## §. IX.

### *Succeſſio Genealogica Ducum Wirttembergicorum.*

### ORIGO DUCUM WIRTTEMBERGICORUM.

COnradus Comes *Beutelſpaci*, pervetuſti in Suevia Caſtri (unde Comites *Grüningenſes*, *Landavienſes*, & *Calvenſes* orti ſunt) circa initium ſæculi XII. ab Henrico IV. Imperat. primus Wirttembergi Comes dictus, illuſtriores poſteros cenſuit: Joannem Nepotem, qui per uxorem Annam Badenſem *Stutgardiam:* Eberhardum I. Atnepotem, qui per conjugem Agnetem Comitatum *Auracenſem:* Ulricum IX. qui à Ludovico Imperat. vexillô Imperij donatus, coëmptum *Grüningenſem*, & *Tubingenſem* Comitatum: Eberhardum III. qui extinctâ 1387. Comitum *Achalmienſium* familiâ, eorum dominium: Eberhardum V. qui per conjugem Henricam 1395. Comitatum Montbellicardenſem (*Mümpelgard*) Wirttembergo adjecerunt: Ulricum XII. ultimum Comitem, cujus filius Eberhardus à Maximiliano I. Imperat. primus Ducis titulô inſignitus eſt 1495.

*Fa-*

## *Familia Regnans unica.*

*Beutelſpacenſis in varias lineas diviſa ab a. 1495.*

EBERHARDUS I. *Barbatus* ſub tutela Matris Mechtildis Palatinæ, primus Dux Wirttembergicus, & Tecenſis 1495. m. ſine hærede legitimo 1496. Duc. 1. EBERHARDUS II. Ulrici XII. ultimi Com. Wirttembergenſis F. Eberhardi I. Patruelis à Maximiliano I. & Ordinibus abdicare cogitur 1498. Duc. 2. improlis m. 1504. (Ejus Fr. Henricus ob ignaviam regendo impar binos filios reliquit: Ulricum *Wirttembergi*, & Georgium in *Monte-Bellicardo* ſucceſſores, ſciſsâ inde in duas lineas familiâ, ſed 1593. rurſum conjunctâ.) ULRICUS, Henrici fratris Eberhardi II. F. 11. annorum puer Ducatum adit 1498. ſucceſſionis fœdus cum Maximiliano I. & Auſtriaca Domo ſtipulatur 1510. ruſticorum tumultum ſedat 1514. At à Principibus, & Civitatibus Suevico fœdere conjunctis Ducatu exuitur 1520. quem ij Carolo V. vendidêre. reſtituitur 1534. cum onere tamen ſubfeudi Auſtriaci, & ut extinctâ Domo Wirttembergicâ Auſtriaci ſuccedant m. 1550. Duc. 34. CHRISTOPHORUS F. Lutheri ſectæ ſtudioſiſſimus m. 1568. Duc. 18. LUDOVICUS *Pius* F. ſine hærede m. 1593. Duc. 23. FRI-

DERICUS Georgij Ducis Montis-Bellicardenſis F. Ludovici Patruelis, Sator omnium *modernorum* Ducum Wirttembergicorum, Wirttembergenſem Ducatum, hactenus Auſtriæ feudum, beneficiô Rudolphi II. Imperat. exemptum imperio ſubjicit, jure tamen ſucceſſionis, deficiente maſcula ſobole Dom. Wirttemberg., Auſtriacis reſervato m. 1608. Duc. 15. Ejus filij diviſis ditionibus tres lineas: Joannes *Stutgardianam*, Ludovicus *Montbellicardenſem*, & Julius *Julianam* ſeu *Brentianam* exorſi ſunt.

*I. Linea Stutgardiana* Parente Joanne Friderico, Friderici filio. Ejus bini filij: Eberhardus Stutgardiæ, alter Fridericus Neoſtadij ad Cocharum reſidentes *Stutgardianæ novæ*, & *Neoſtadienſis* linearum Conditores.

1. *Stutgardiana nova ſeu Regnans.*

EBERHARDUS III. Joannis F. à Cæſareanis Provinciâ exuitur 1634. reſtituitur 1638. m. 1674. Duc. 41. 18. filiorum, & 7. filiarum Pater. WILHELMUS LUDOVICUS F. m. 1677. Duc. 3. (poſt mortem ejus Frater Fridericus Carolus ad 1693. Ducatum adminiſtrat.) EBERHARDUS LUDOVICUS *modernus* Dux Wirttembergico-Stutgardienſ. nat. 18. Sept. 1676. ſuccedit 1693. *Conj.* Joanna Eliſabetha, Friderici Magni March. Badenſi-Durlacenſis fi-

filia nat. 1680. deſp. 1697. *Filius* Fridericus Ludovicus nat. 14. Decemb. 1698. (*Hujus Conj.* Henrica Maria Brandeburga Suetenſis nat. 1702. deſp. 1716. ex qua Filia Ludovica Friderica nat. 1722.) *Soror* Magdalena Wilhelmina nat. 1677. deſp. Carolo Wilhelmo Durlacenſi 1697. *Patrui* Friderici Caroli 1698. demortui, *liberi ſuperſtites :* 1. Carolus Alexander nat. 1684. Catholicus factus 1712. Cæſareus Generalis Campi-Mareſchallus, & Gubernator Belgrad. *Conj.* Maria Auguſta Princip. Thurriana deſp. 1727. ex qua filius natus 1728. 2. Henricus Fridericus nat. 1687. Cæſ. Colonellus. 3. Fridericus Ludovicus nat. 1690. Cæſ. Generalis. 4. Chriſtina Carolina nat. 1694. *Vidua* Wilhelmi Frid. Marchionis Brandeburgo Anſpacenſis ab 1723.

2. *Neoſtadienſis.*

FRIDERICUS Joannis Friderici Stutgardienſis F. m. 1682. FRIDERICUS AUGUSTUS F. m. 1716. ſine maſcula progenie. CAROLUS RUDOLPHUS Fr. *modernus* Dux nat. 19. Maij 1667. antea ſub ſignis Regis Daniæ, ſuccedit 1716. cælebs. *Fratris* Friderici Auguſti *filiæ ſuperſtites:* 1. Auguſta Sophia Conjux Friderici Eberhardi Com. Hohenlochenſis in Langenburg. 2. Eleonora Wilhelmina. 3. Friderica.

*II. Linea Montbellicardenſis* Parente Ludovico Friderico, Friderici filio. *Ultimus:* Leopoldus Eberhardus 1723. mortuus. Poſt Patris obitum filij ſuperſtites, ſed impari thoro ex Sponekia, & 2. Speranciis geniti, ſucceſſionem & Ducis titulum prætenderunt, ſed decretô Conſilij Aulæ-Imperialis ea hæreditate inhabiles nominati ſunt, *Montbellicardenſi* portione regnanti Duci *Stutgardienſi*, ceu legitimo hæredi, tranſcriptâ.

*III. Linea Juliana ſeu Brentiana* Parente Julio Friderico, Friderici filio. Ejus 2. filij Sylvius Nimrodus obtento 1647. per Conjugem Eliſabetham Mariam Caroli Friderici Duc. Minſterberg. & Oelſnenſ. filiam & hæredem Oelſnenſi Principatu, *Sileſicam*, ſeu *Oelſnenſem*, & Manfredus *Weiltingenſem* lineam cæperunt.

1. *Sileſica* Parente Sylvio Nimrodo Julij filio. Ejus filij Sylvius Fridericus *Oelſnæ*, Chriſtianus Ulricus *Bernſtadij*, Julius Sigismundus *Julioburgi* reſederunt; inde novæ tres lineæ. Demortuô 1697. ſine hærede Sylviô Friderico Oelſnenſi, *Oelſnenſis* portio ad reliquas duas lineas acceſſit: *Ex Bernſtadienſi nunc Oelſnenſi:* Chriſtiano Ulrico 1704. mortuo ſucceſſit Carolus Fridericus *modernus* Dux Oelſnenſis nat. 7. Feb. 1690. *Conj.* Juliana Sibylla Carolina, Friderici

Fer-

Ferdinandi Duc. Wirttemberg. Weiltingenſis filia nat. 1690. deſp. 1709. ſine liberis. *Frater* Chriſtianus Ulricus nat. 1691. fit Catholicus 1723. reſidet locô Wilhelminæ. Ex *Julioburgenſi*, nunc *Bernſtadienſi*: Julio Sigismundo 1684. demortuo ſucceſſit Carolus *modernus* Dux Bernſtadienſis nat. 1. Mart. 1682. *Conj.* Wilhelmina Ludovica Bernardi Ducis Saxo-Meinungenſis filia, nat. 1686. deſp. 1703. ſine liberis.

2. *Weiltingenſis* Parente Manfredo Julij filio. Eidem 1662. decedenti ſucceſſit Fridericus Ferdinandus *ultimus* hujus lineæ, ſine maſcula prole m. 1705. *Ejus ſuperſtites filiæ:* 1. Juliana Sibylla, uxor Ducis Oelſnenſis *vid. ſupra.* 2. Hedwiges Friderica nat. 1691. deſp. 1715. Auguſto Principi Anhaltino-Zerbſtenſi.

* * *

## De Ducibus Clivienſibus, Montanis, & Juliacenſibus.

ORigo *Clivienſium Ducum* ab Ælio *Gracili* è Gallia Belgica initiô ſæculi VIII. à Carolo Martello Comitatu Teuſterbandiæ, dein *Clivia* dicto donato. Ex ejus poſteris *ultimus* Comes Theodericus X. cujus filia & hæres Margaretha, Adolpho IX. Comiti Marcano nupto, *Clivienſem* Com. *Marcano* conjunxit. Adolphi IX. Nepos itidem

 Adol-

Adolphus, *primus* Dux Clivienſis à Sigismundo Imperat. creatus 1417. Cujus Abnepos Wilhelmus *ultimus* Dux, *de quo infra.*

*Origo Ducum Montanorum*, & *Com. Marcanorum* ab Adolpho, & Eberhardo FFr. ex *Urſina* Italiæ, aut potius *Saxonica* familia Ortis, qui conditîs ſæculô X. aut XII. in monte Wolfeshagen, & Aldenburg Caſtrîs Comitum *Montanorum*, & *Altenæ* nomen uſurpârunt, poſteri verò coëmpta Marcana Arce, neglectô Altenæ Com. titulô, *Marcani* Comites dicti ſunt. *Ultimus* Comes Montanus Adolphus, cujus filia & hæres Margaretha per conjugium cum Ottone ultimo Comite Ravenſperg. utrumque Comitatum conjunxit, altera verò Margaretha Adolphi Neptis, Gerardo Juliacenſi Comiti enupta, jus ſucceſſionis in Comitatu Juliac. in Montanos Com. tranſtulit. Pronepos Wilhelmus *primus* Dux Montanus à Wenceslao Imperat. 1389. dictus. Ejus filius Adolphus extinctô 1423. Rainaldô II. Juliacenſi, & Geldrienſi Duce *Juliacum-Montano* Ducatui adjicit.

*Origo Ducum Juliacenſium* à Majoribus Gerhardi, qui Imperat. Henrico I. contra Hunnos aſtitit. *Primus* Dux Wilhelmus VII. à Ludovico Bavaro primùm Marchio, à Carolo IV. dein Dux 1396. creatus. Ejus Ne-

Nepote Rainaldo II. ſine prolibus decedente proximus Agnatus Adolphus Montanus Juliacum vindicat, donec ejus Proneptis Maria unica Juliaci, & Montium hæres Conjugio cum Joanne III. Duce Cliviæ & Comite Marcæ ampliſſimas ditiones conjunxiſſet.

## *De Lite Succeſſionis Juliacenſis.*

Demortuô ſine maribus 1609. Joanne Wilhelmo, Joannis III. nepote, Wilhelmi filio, diuturna de ſucceſſione jurgia, & bella agitata ſunt. Vacuam hæreditatem 6. potiſſimùm candidati ſuo quisque jure ambiebant. I. Joan. Georg. Elector Sax. ob Conjugium Sibyllæ, Wilhelmi Duc. Cliviæ filiæ, cum Joanne Frid. Elect. Sax. cujus matrimonialibus pactis ea lex adjecta erat, ut in maſculæ prolis defectu Cliviæ, Juliaci, & Montium Ducatus in Saxonicam familiam tranſirent. II. Joan. Sigism. Elect. Brandeburg. ob matrem Mariam Eleonoram, primogenitam ſororem Joannis Wilhelmi ultimi Ducis. III. Wolfgangus Wilhelmus Dux Palat. Neoburgicus itidem ob matrem Annam ſecundam ſororem Joan. Wilhelmi. IV. Joan. Caſimirus Dux Palat. Bipontinus filius Magdalenæ, tertiæ ſororis Joannis Wilhelmi. V. Carolus Auſtriacus Marchio Burgoviæ, maritus Sibyllæ quartæ Joan. Wilhelmi ſororis. VI. Rudolphus II. Impe-

perat. vacuum imperij ſeudum repetens. His acceſſerunt agnati Henricus Com. Marcæ, Dux Nivernius, & Mantuanus, qui poſtremi duo Clivienſem Ducatum per Abavum Englbertum Joan. I. Ducis Cliviæ filium ſibi depoſcebant. Diſcuſſis in utramque partem rationibus cùm partes aliæ Hiſpanorum, aliæ Gallorum, & Batavorum armis defenderentur, Elector Brandeburg. & Dux Neoburgicus, jure, ut rebantur, cæteris potiores, Juliacum, aliásque urbes inſederunt, donec tandem 1666. inſciis partibus, quarum multæ jure ſuo ceſſerant, ita Provincias inter ſe partiti ſunt, ut Brandeburgus Cliviam, Marcam, & Ravenſpergam, Neoburgus Juliacum, Montes, & Ravenſtainam obtineret.

* * *

## *Succeſſio Genealogica Ducum Curlandiæ.*

## ORIGO DUCUM CURLANDIÆ.

CUrlandiam olim Æſtiorum ſedem ſæculo XIII. *Enſiferi* Equites obtinuerunt. Hi ab Alberto Epiſcopo, ut ſeptentrionales populos ad Chriſti fidem perduceret, in Lieflandiam 1205. evocati, quòd profligandis ſubinde infidelibus impares eſſent, junctis cum *Crucigeris*, ſeu *Teutonicis* Pruſſiæ inſigni felicitate pugnant, ob quod a.

1239.

1239. uterque *Teutonicorum* & *Enſiferorum* ordo in unum coaluit iis pactis, ut ſupremus ejus ordinis Magiſter ſupremo Magiſtro Teutonicorum in Pruſſia ſubjectus eſſet, & Enſiferorum militiæ Eques Teutonicus præficeretur. Junctis itaque viribus hoſtes aggreſſi, uti Teutonici Pruſſiam, ita Enſiferi omnem pene Lieflandiam, Semigalliam, Curlandiam, & Lithuaniam ſuo dominatui ſubjecerunt. Sæculo XV. dum Teutonicis Uladislaus IV. & Caſimirus IV. Polon. Reges bellum intuliſſent, iisque ditione ejectis, Brandeburgus Ducis nomine Pruſſiam teneret, deſtituti eorum præſidiô Enſiferi, capto inſuper Magiſtro Ordinis Fürſtenbergio Magno Moſcorum Duci Joanni Baſilidi Magnam Lieflandiæ partem cedere coguntur. In ejus locum ſubſtitutus a. 1559. Ordinis Magiſter, & Militiæ Dux contra Moſcos Gothardus Ketteler, qui cum contra eos nîl proficeret, in tutelam Sigismundi Auguſti Poloniæ Regis ſe committit, à quo Curlandiam & Semigalliam, Regni Poloniæ feuda, Ducis nomine obtinet 1562.

## *Familia Regnans unica.*

*Montana, ſeu Ketteleriana ab a. 1562.*

GOTHARDUS *Ketteler* Gothardi *Ketteler* Equeſtris Ordinis Viri, ex Ducatu Montano oriundi, ex Gothardo filio Nepos, à Si-

Sigismundo Auguſto Polon. Rege, quòd Lieflandiam Polonis tradidiſſet, fiduciarius Regni Poloniæ Dux Curlandiæ & Semigalliæ, & Lieflandiæ Gubernator dicitur 1562. m. 1587. Duc. 25. FRIDERICUS F. in bello Lieflandico contra Suecum Regi Poloniæ ſtrenuam operam navat. improlis m. 1641. Duc. 54. JACOBUS Friderici ex Guilielmo fratre Nepos poſt mortem Patrui Dux 1641. à Suecis Polonicô bellô Mitaviæ obſeſſus, & cum tota familia Narvam captivus ductus, poſt duorum annorum captivitatem 1660. libertatem adeptus m. 1682. Duc. 41. FRIDERICUS CASIMIRUS F. ſcientiis mirè excultus. m. 1698. Duc. 16. FRIDERICUS GUILIELMUS F. ſexennis Patri ſuccedit ſub tutela Ferdinandi Patrui, qui quòd Suecicô contra Polonos bellô Auguſti partes amplexus eſſet, à Suecis ditione ejicitur 1701. ſed victis a. 1707. à Moſco Suecis Fridericus 1710. Curlandiam recipit. improlis m. 1711. Duc. 13. Ejus *vidua ſuperſtes:* Anna Ivanowna Joannis ( Ivan Alexiewiz ) filia nat. 1693. Imperatrix Ruſſiæ ab 1730. etiamnum Ducatum poſſidet. FERDINANDUS Patruus, Friderici Caſimiri Frater, *modernus* Dux nat. 2. Nov. 1655. ſed nondum Ducatum adiit, Moſcis pro Anna Friderici vidua Curlandiam inſidentibus.

bus. Anno 1726. Curlandiæ ordines Mauritio Saxoni ( obnitentibus contrà Moſcis æquè ac Polonis) ſucceſſionem decreverunt.

# CAPUT IV.

## SUCCESSIO GENEALOGICA COMITUM PALATINORUM RHENI.

### ORIGO COMITUM PALATINORUM RHENI.

COmites *Palatini* ( à cuſtodia & gubernio Cæſarei *Palatij* nomen ſortiti ) ſæculo IX. ſub Carolingiis Cœſſ. exordium ſumpſerunt, inter quos Comites Palatini Rheni plurimùm inclaruêre, initiô non hæreditario ſucceſſionis jure, ſed ſola Imperatorum voluntate à diverſis familiis: *Franconica*, *Bavarica*, *Staleckiana*, *Suevica*, & *Saxonica* delecti. Primus Comes Eberhardus *Franco* à Conrado I. Imperat. Fratre circa a. 912. inſtitutus, ſucceſſores cenſuit: Hermannum I. Ehrenfridum, ſeu Ezonem, Ottonem, Henricum, Sigfridum, & Wilhelmum *Bavaros*, Hermannum II. Comitem *Staleckium*, Conradum *Suevum*, Friderici I. Imperat. Fratrem, Henricum *Saxonem*, Henrici Leonis filium, à Friderico II. Imperat. 1215. exauthoratum, poſt quem Ludovicus Dux Bavariæ ex Comitibus

bus *Schirenſibus* & *Wittelsbacenſibus* ortus, aut beneficiô Friderici II. Imperat. aut ob nuptias filio Ottoni Illuſtri cum Agnete ( aliis Gertrude ) Henrici Saxonis Palat. Rheni filia conciliatas, Palatinatum conſecutus eſt, ac eumdem *Bavaricæ* familiæ, hodiedum Regnanti, inſigni acceſſione ſtabilivit.

## *Familia Regnans unica.*

*Wittelsbacenſis ſeu Bavarica ab* 1215. *in varias lineas diviſa. vid. pag.* 46. *&* 74. *& ſeqq.*

LUDOVICUS (ſimul Dux Bav. ) Ottonis *Majoris* Ducis Bav. F. Palatinus Rheni 1215. OTTO *Illuſtris* F. ( ſimul Dux Bav.) à pleriſque primus Elector Palat. ſtatuitur. LUDOVICUS *Severus* F. ( ſimul Dux Bav.) Ejus gemini Filij divisâ inter ſe Bavariâ & Palatinatu Ludovicus *Bavaricam*, Rudolphus *Palatinam* Domum, utramque adhuc florentem, fundârunt. RUDOLPHUS I. *Balbus* F. ADOLPHUS *Simplex* F. RUDOLPHUS II. *Cœcus* Fr. RUPERTUS I. *Rufus* Fr. RUPERTUS II. *Tenax* Adolphi *Simpl.* F. RUPERTUS III. *Rigoroſus* F. *quos vid. pag.* 47. *& ſeqq.* Ejus Filij Ludovicus *Electoralis veteris*, & Stephanus *Simmerenſis* linearum authores.

I.

I. *Linea Electoralis vetus* Parente Ludovico *Barbato*, Ruperti III. *Rigoroſi* Elect. Palat. Filio. *Ejus ſucceſſores vid. pag. 48. & ſeq. Ultimus* hujus lineæ: OttoHenricus *Magnanimus* 1559. mortuus, Electorali dignitate ad *Simmerenſem* lineam devolutâ.

II. *Simmerenſis*, ſeu *Electoralis media* Parente Stephano Ruperti III. *Rigoroſi* Filio, qui in partitione Principatum Simmerenſem, ac Ducatum Bipontinum, per Annam conjugem, Friderici ultimi Comitis *Veldentiani* filiam, eundem Comitatum & partem Comitatûs *Spanheimenſ.* obtinet. Ejus filij: Fridericus *Simmerenſem* lineam propagavit, alter Ludovicus *Bipontinam veterem* condiderunt. Stephani Abnepos Fridericus I. *Pius*, extinctâ *vetere Electorali* linea, Elector Palat. creatur 1559. *Ejus ſucceſſ. vid. pag. 50. Ultimus* lineæ *Simmerenſis* Carolus 1685. ſine mare demortuus, cui in Electoratu Palatini *Neoburgicæ* lineæ ſucceſſerunt. ex *Simmerenſi* linea unica Princip. ſuperſtes eſt: Benedicta Henrica Eduardi Com. Palat. Simmerenſ. Filia nat. 1652. *vidua* Joannis Friderici Ducis Hannov. ab 1679. *Ejus filia:* Wilhelmina Amalia *vidua* Joſephi I. Imperat. *vid. part. 1. pag. 40.*

III. *Bipontina vetus* Parente Ludovico *Nigro*, Stephani Simmerenſis Filio. Ejus ex Alexandro filio Nepos Rupertus *Veldentia-*

*næ*,

*na*, & Pronepos Wolfgangus (à quo omnes Comites Palatini hodiedum viventes deſcendunt) per tres filios *Neoburgicæ*, *Bipontinæ novæ*, & *Birckenfeldenſis* linearum Satores extiterunt.

1. *Veldentiana* Parente Ruperto Ludovici *Nigri* Bipontini Filio, in Leopoldo Ludovico 1694. extincta. De ſucceſſione adhuc inter cæteros Palatinos lis eſt, quamvìs à tempore Ryswicenſis pacis Elector Palat. ditionem occupârit.

2. *Neoburgica*, ſeu *Electoralis nova* Parente Philippo Ludovico, Wolffgangi Bipontini Filio, cujus terni filij Wolffgangus Wilhelmus *Neoburgicus*, Auguſtus *Sulzbacenſem*, hodiedum florentes, & Joannes Fridericus *Hippolſteinium* 1644. in eodem areſcentem palmites proſeverunt. Ex *Neoburgico modernus* Com. Palat. & Elector Carolus Philippus, *cujus Genealog. vid. pag.* 51. Ex *Sulzbacenſ. modernus* Com. Palat. Theodorus nat. 14. Febr. 1659. *Conj.* Maria Eleonora Amalia Haſſo-Rhinfelſ. mortua 1720. *Filij* 1. Joſephus Carolus Emanuel Princeps hæredit. nat. 2. Nov. 1694. qui ex defuncta 1728 conjuge Eliſabetha Auguſta Sophia Neoburgica 3. filias Mariam Eliſabetham 1721. Mariam Annam 1722. & Franciſco Dorotheam 1724. genuit. 2. Joannes Chriſtianus nat. 23. Jan. 1700. qui ex defuncta

ɑa 1728. conjuge Maria Anna Marchione & hærede Bergen-Opzoomenſi filium Chriſt. Phil. Theodorum 1724. ſuſcepit. *Filiæ:* 1. Maria Anna & 2. Chriſtina Franciſca in cœnobio. 3. Erneſtina Eliſabeth nat. 1697. uxor Wilhelmi Landgravij Haſſo-Rhinfeld. ab 1719.

3. *Bipontina nova* Parente Joanne *Seniore*, Wolffgangi Bipontini filio, cujus tres filij Bipontinam Domum iterum in 3. lineas, Joannes II. *Junior* in *Bipontinam*, in Friderico ejus filio 1661. emortuam, Fridericus Caſimirus in *Landſpergenſem*, in Friderico Ludovico ejus filio 1681. extinɑam, & Joannes Caſimirus in *Kleeburgicam*, dein *Suecicam*, hodie *Bipontinam* (ex qua Carolus X. Guſtavus, Carolus XI. & Carolus XII. Reges Sueciæ) diduxerunt. *Modernus Palat. Bipontinus:* Guſtavus Samuel, Adolphi Joannis Palat. Bipont. Kleeburgici, fratris Caroli Guſtavi Reg. Suec. F. nat. 1670. fit Catholicus 1696. ſuccedit poſt mortem Caroli XII. in Ducatu Bipontino 1718. *Conj. II.* Ludovica Doroth. de Hoffmann deſp. 1723. *Soror.* Maria Eliſabetha nat. 1663. Catholica ab 1700.

4. *Birckenfeldenſis* Parente Carolo, Wolfgangi Bipontini filio. Ejus bini filij: Georgius Wilhelmus *Birckenfeldenſem* continuat (quæ poſtea in nepote Carolo Ottone

1671.

1671. defecit ) alter Chriſtianus I. *Biſchweilerano* palmiti initium fecit, qui hodie floret, prioris tamen nomine ſervato. *Modernus Palat. Birckenfeld.* Chriſtianus III. nat. 1674. ſuccedit Patri Chriſtiano II. 1717. *Conj.* Carolina Naſſovia Saar-Pontana deſp. 1719. *Liberi:* Chriſtianus Fridericus, Chriſtiana Carol. Philip. & Henrica Carolina omnes impuberes. *Soror.* Ludovica nat. 1678. *vidua* Friderici Ant. Ulrici Principis de Waldeck ab 1728. *Patrui* Joannis Caroli *Gelnhuſani* 1704. defuncti ſuperſtites *Filij:* Frid. Bernhardus & Joannes Colonelli Elect. Palat. & Wilhelmus.

# CAPUT V.

## SUCCESSIO GENEALOGICA MARCHIONUM S. R. I.

### ORIGO MARCHIONUM S. R. I.

MArchionatus, à *Marchia* ſeu finibus Imperij dictos, alij à Carolingiis Cæſaribus, veriùs alij ab Henrico *Aucupe* ſæculo X. ad arcendas Barbarorum incurſiones in finibus S. R. Imp. inſtitutos fuiſſe memorant: Marchionatum *Brandeburgenſem* contra Danos, *Badenſem* contra Gallos, *Luſaticum*, & *Miſnienſem* contra Venedos, *Auſtriacum* contra Hunnos. Nunc *Badenſis* &

*Brandeburgicus* ſuperſunt, *Auſtriaco* in Ducatum, dein Archi-Ducatum evectô, *Luſatico* ad Bohemiæ regnum, tum Saxoniam, *Miſnienſi* itidem ad Ducatū Saxoniæ adjectô.

## §. I.

### *Succeſſio Genealogica Marchionum Badenſium.*

### ORIGO MARCHIONUM BADENSIUM.

INclyta March. *Badenſium* familia non à Veronenſi urbe, ùt quidam commenti ſunt, ſed ab antiquiſſimis *Alſatiæ Principibus*, & ex his ortis *Zœringiæ Ducibus*, atque adeo ab eadem, quâ Auguſtiſſima Auſtriaca Domus, ſtirpe certiùs derivatur. *vid. pag.* 12. Nam Berchtilio juxta *Eccardum*, juxta alios Landulus, Lancellini vel Radeboti, Habſpurgi Conditoris frater, *Zœringios* ſeviſſe fertur, cujus Nepos Hermannus I. avitæ hæreditati Hochbergicæ Marchionatum Badenſem, antea ab Henrico Aucupe erectum, per uxorem Juditham, incertæ proſapiæ, adjecit, primus Badæ Marchio dictus circa an. 1100.

### *Familia Regnans unica.*

*Alſatica ſeu Zœringia in varias lineas diviſa, ab a. circiter 1100.*

HERMANNUS I. uxorio nomine primus Badæ Marchio, m. 1130. March. 30. HERMANNUS II. F. m. 1160. March. 30. HERMANNUS III. F. à Friderico I. Imperat. urbe Veronenſi in Longobardia donatus (unde commentum natum eſt de origine Badenſium Veronenſi) m. in bello ſacro 1190. March. 30. Ejus 2. filij Henricus & Hermannus primò Badenſem ſtirpem in 2. lineas *Hochbergicam*, & *Badenſem* veterem diviſerunt.

I. Linea *Hochbergica vetus* Parente Henrico I. Hermanni III. Filio (qui extinctis *Zoeringiis Briſgojâ* à Friderico II. ſibi collatâ avitas ditiones auxit.) Ab ejus Abnepotibus Henrico IV. & Rudolpho III. diviſo Principatu Hochbergico, duo iterum palmites, ab illo *Hochbergicus*, ab hoc *Sauſenbergicus* profluxerunt.

1. *Hochbergicus* Parente Henrico IV. Henrici III. Hochbergici Filio (is per uxorem Annam Dynaſtiam *Uſenbergicam* patrimonio adjecit) in Ottone III. cœlibe circa a. 1415. deficiens, qui vivens Hochbergicas ditiones in Bernardum March. *Badenſem* tranſtulit.

2. *Sauſenbergicus* Parente Rudolpho III. Henrici III. Hochbergici Filio (cujus poſteri dominium *Rœttelanum*, *Friburgica* feuda, Comitatum *Neocaſtrenſem* in Helvetia, &

& dominium *Badenwileræ* obtinuerunt ) in Philippo ſine prole maſcula 1503. demortuo extinctus, Comitatu Neocaſtrenſi ad unicam filiam Joannam, Ludovico Duci Longavilleo deſponſatam, cæteris verò ditionibus, vi pacti ſucceſſionis 1490. initi, ad Chriſtophorum *Badenſem* devolutis.

II. Linea *Badenſis vetus* Parente Hermanno IV. Hermanni III. March. Badenſ. & Hochberg. Filio. Is per Irmengardem, ſive Irmentrudam Palatinam *Durlacô*, *Heidelsheimiô*, atque *Etlingâ* dotatus eſt: Filius Hermannus jure uxoris Gertrudis *Auſtriam* prætendit. *vid. pag. 5.* Alter Rudolphus per conjugium cum Cunigunde Eberſteinia jus in Comitat. *Eberſteinium* poſteris aquiſivit: Nepos Fridericus cum Conradino Suevo Neapoli obtruncatus: Atnepos Rudolphus *Magnus* matrimoniô cum Mechtilde Com. Spanheim. parte Comitatus *Spanheimenſis* ditatus: Chriſtophorus, nona generatione ab Hermanno IV. deſcendens, collectis omnibus *Badenſium*, & *Hochbergicorum* ditionibus, & à Maximil. I. Imperat. mutis *Lucemburgi* dominiis donatus, felix Princeps Conditor eſt omnium *modernorum March. Badenſium.* Hujus filij duas novas lineas hodiedum ſuperſtites, Bernardus *Badenſem*, & Erneſtus *Durlacenſem* proſeverunt 1533.

1. *Badenſis nova*, ſeu *Raſtadienſis* Parente Bernardo IV. Chriſtophori Filio. Ex ejus poſteris (quorum alij Badæ, alij Rodenmacheræ domicilium fixerunt) maximè memorandi: Eduardus Fortunatus Nepos ob contracta nomina ab Erneſto *Durlacenſi*, Badenſi ditione orbatus 1594. in quam tamen Cæſareâ & Apoſtolici Nuncij authoritate, filij ejus Wilhelmus & Hermannus Fortunatus reſtituuntur 1622. Wilhelmus Pronepos, 17. liberorum Pater. Ejus ex filio Ferdinando Maximiliano Nepos Ludovicus Wilhelmus à Gallis pulſus, Cæſaris & Imperij copiis præficitur, clariſſimis contra Turcas (præcipuè ad Salankamenam) & Gallos victoriis Heros fortiſſimus m. 1707. Ejus Filius Wilhelmus Georgius *modernus* Marchio Badenſis, nat. 6. Sept. 1703. ſuccedit ſub tutela matris 1707. gubernium adit 1727. *Conj.* Maria Anna Adami Franciſci Caroli Principis Schwarzbergici filia nat. 1706. deſp. 1721. *Liberi:* 1. Eliſabetha Auguſta nat. 1726. 2. Carolus Ludov. nat. 1728. *Parentes:* Ludovicus Wilhelmus m. 1707. & Franciſca Sibylla, Julij Franciſci Duc. Saxo-Lauenburgici F. nat. 1675. *vidua* ab a. 1707. reſidet Raſtadij. *Frater:* Auguſtus Wilhelmus nat. 1706. Decanus Capit. Auguſtani ab 1721. Canonicus Colon. ab 1726. *Patruelis:* Leopoldus Wilhel-

hel. nat. 1667. mutus, reſidet Lobaſchitij in Bohemia.

2. *Durlacenſis* Parente Erneſto Chriſtophori Filio, qui ſedem Pforzheimiô Durlacum tranſtulit, & Lutheri ſectam in ditiones induxit. m. 1553. Ejus poſteri: Carolus F. Luthericola m. 1577. Georgius Fridericus F. quòd partes Friderici V. Palatini contra Cæſarem tueretur, exauthoratus 1622. m. 1638. Fridericus V. Gymnaſij Durlacenſ. Conditor m. 1659. Fridericus VI. F. ſupremus copiarum Imperialium Ductor m. 1677. (Ejus Frater Guſtavus Adolphus Cardinalis) Fridericus Magnus ſuperiore bello à Gallis pulſus Baſileæ ſedem fixit, in Ryswicenſi pace reſtitutus 1697. m. 1709. Carolus Wilhelmus F. *modernus* Marchio Badenſis Durlacenſis nat. 17. Jun. 1679. ſuccedit Patri 1709. *Conj.* Magdalena Wilhelmina Ducis Wilhelmi Ludov. Wirttemberg. Stutgard. filia nat. 1677. deſp. 1697. *Filius:* Fridericus Princeps Hæredit. nat. 7. Oct. 1703. deſponſ. Annæ Carolinæ Ludov. Joannis Wilhel. Friſonis Naſſovio-Diezenſis filiæ 3. Jul. 1727. ex qua 1728. Carolus Fridericus natus eſt. *Sorores:* 1. Catharina nat. 1677. *vidua* Joannis Frid. Comitis Leiningo-Hartenburgici ab 1722. 2. Joanna Eliſabetha nat. 1680. *uxor* Eberhardi Lud. Ducis Wirt-

tembergico-Stutgard. deſp. 1697. 3. Albertina Friderica nat. 1682. *vidua* Chriſtiani Auguſti Duc. Holſato-Gottorpienſ. ab 1726. *Fratris* Chriſtophori 1723. defuncti *vidua* Maria Chriſtiana, Joannis Carol. Aug. Com. Leiningo-Dachsburgenſis filia nat. 1692. nunc uxor Joannis Wilh. Ducis Saxo-Iſenacenſis ab 1727. ejus *filij* ex primo matrimonio 1. Carolus Auguſtus nat. 1711. 2. Carolus Wilh. nat. 1713. 3. Chriſtophorus nat. 1717.

## §. II.

### *Succeſſio Genealogica Marchionum Brandeburgicorum.*

### ORIGO MARCHIONUM BRANDEBURGICORUM.

Marchiam *Brandeburgicam*, olim à Suevis, Senonibus, Longobardis, dein Venedis & Sarmaticis populis cultam, Henricus *Auceps* Imperat. poſt captam arcem Brennum, ſeu Brandeburgum contra Danos erexit, Sigefrido Comite a *Ringelsheim* (Witekindi m. Abnepote) Henrici I. Imperat. per Mechtildem ſororem Affine, primo Marchione circa a. 928. conſtituto. Sæculô XI. irrumpentibus in ditionem Venedis Comites *Stadenſes* & Ditmarſ. ab Henrico IV. Marchiâ donati ſunt, donec Friderici I.

Im-

Imperat. beneficiô Marchiam Electorali dignitate auctam *Anhaltina*, ſeu *Aſcania* familia, hac 1322. extinctâ *Bavarica*, mox *Lucemburgica*, poſtrema *Zollerana* Burggraviorum Norimbergenſium, quæ hodiedum adjecto Regali Pruſſiæ titulo, & auctis ditionibus florentiſſima eſt, hæreditario jure obtinuiſſet.

## *Familiæ Regnantes VI.*

I. Saxonica Antiquorum Marchionum. II. Stadenſis. III. Anhaltina ſeu Aſcania. IV. Bavarica. V. Lucemburgica. VI. Zollerana in varias lineas diviſa.

*I. Saxonica ab a. 928. ad 1020. per an. 92.*

SIGEFRIDUS Wittekindi M. Abnepos, Theodorici Comitis Ringelsheim. F. primus Marchio Brandeb. 928. m. 946. March. 18. GERO Sigefridi ex fratre Gerone Nepos (ſimul Marchio Luſatiæ) ab Ottone I. Imperat. Marchiam obtinet m. 965. March. 19. BRUNICO ex Comitibus *Wettinenſibus* Wittekindi M. Atnepos. MEINFRIDUS F. HERMANNUS Fr. HUGO Fr. Ottonem III. in Italiam ſecutus, Hetruriam obtinet 1001. SIGHARDUS Fr. THEODORICUS F. à Miſtevojo II. Venedorum Principe convitiô irritatus, & præliô victus fugatur 1020. Exin Venedi Marchiam depopulati, non niſi poſt 130.

annos penitus expulſi ſunt. Circa a. 1040. Henricus IV. Imperat. Marchiam Sigfrido Marchioni Stadenſi & Ditmarſenſ. contulit, qui Venedis in Marchia dominantibus, ſedem Landſpergæ in Poloniæ finibus fixit.

*II. Stadenſis ab a. 1040. ad 1142. per an. 102.*

SIGFRIDUS II. Sigfridi I. Marchionis Stadenſis & Ditmarſiæ F. OTTO ſeu UDO I. F. à Venedis Brandeburgum recipit, at rurſus amittit m. 1085. OTTO ſeu UDO II. F. per uxorem Ermingardem Comitatum Slöcenſem & Burggraviatum Magdeburg. obtinet; Venedis Brandeburgum extorquet. m. 1106. RUDOLPHUS I. Fr. à Ditmarſis rebellibus peremptus 1120. RUDOLPHUS II. F. expugnatâ Bremâ ab iisdem rebellibus occid. 1142. everſô dein à Saxonibus Venedorum Regnô Fridericus I. Imperat. Marchiam Brandeburg. Alberto *Urſo*, ex *Aſcania* fam. Ottonis *Divitis* Marchionis Soltvedelenſis filio attribuit 1152.

*III. Aſcania ab 1152. vid. pag. 42.*

ALBERTUS I. *Urſus* (primus Elector Brandeburgicus.) OTTO I. F. OTTO II. F. ALBERTUS II. Fr. duos reliquit filios Joannem I. *Electoralis* lineæ, alterum Ottonem *Pium Marchionalis* Propagatores. De linea *Electorali vid. pag.* 42.

*Mar-*

*Marchionalem* Otto *Longus* Ottonis *Pij* F. Hermannus *Longus* F. propagârunt, in cujus poſtremi filio Joanne *Illuſtri* ſine liberis mortuo 1312. defecit.

*IV. Bavarica & V. Lucemburgica* *vid. pag. 43.*

*VI. Zollerana Burggraviorum Norimberg. in varias lineas diviſa ab 1417.* *vid. pag. 44.*

*Zolleranam* inter Nobiliores & antiquiores Germaniæ familiam alij à *Columnenſibus* Romanis, alij à *Welffo*, à *Pharamundo* alij, certiùs alij à Thaſſilone primo Comite *Zollerano*, & Carolo M. coævo deducunt, à quo decima generatione deſcendentes Fridericus *modernorum Principum Hochenzolleranorum*, & Conradus primus Burggravius Norimbergæ *modernorum Marchionum Brandeburg.* Satores.

FRIDERICUS I. (VI. Burggrav. Norimb.) ſeptimus à Conrado, à Sigismundo Cæſare Elector & Marchio Brandeb. declaratur 1417. FRIDERICUS II. F. ALBERTUS *Achilles* Fr. (Ejus bini filij Joannes *Electoralem*, FRIDERICUS *Franconicam* lineas condiderunt. *Electoralis* hodiedum floret *vid. pag. 44. & 45.* *Franconica* à Friderici filiis in tres ramos diviſa eſt: ab Alberto primo Duce Pruſſiæ in *Pruſſicum* in ejus filio Alberto Friderico 1618. deficientem: à Caſimiro in *Beruthinum* ſeu

*Culmbacenſem veterem* in ejus filio Alberto *Alcibiade* 1557. extinctum : à Georgio *Pio* in *Anſpacenſem veterem*, qui in ejus filio Georgio Friderico 1603. exaruit, *Pruſſia Ducali* æquè ac *Franconicis* ditionibus ad *Electoralem* lineam devolutis.

Joannis Georgij Electoris Filij Chriſtianus obtento in Franconia Principatu ſuperiore *Culmbacenſem*, ſive *Beruthinam*, alter Joachimus Erneſtus inferiorem Principatum nactus, *Onoldsbacenſem* ſeu *Anſpachicam* lineas, hodiedum florentes condiderunt.

I. Linea *Beruthina* (*Bareuth*) Parente Chriſtiano Joannis Georgij Electoris Filio, qui m. 1655. Ab ejus 2. filiis Erdmanno Auguſto & Georgio Alberto duo palmites, ab illo *Beruthinus*, ab hoc *Culmbacenſis* propullulârunt.

1. *Beruthinus* Parente Erdmanno Auguſto Chriſtiani Beruthini & Culmbac. Filio, qui m. 1651. Ejus poſteri : Chriſtianus Erneſtus Nepos m. 1712. Georgius Wilhelm. Chriſtiani Erneſti F. ſine maſculo hærede 1726. mortuus. Poſt cujus obitum Marchionatus Beruthinus *Culmbacenſi* lineæ acceſſit. Ejus *vidua ſuperſtes* : Sophia Joannis Adolphi Ducis Weiſſenfelſenſ. filia nat. 1684. *Filia* Chriſtina Sophia Wilhelmina nat. 1705. *Soror* Chriſtina Eberhardina uxor Friderici Aug. Reg. Polon. m. 5. Sept. 1727.

2. *Culmbacenſis* Parente Georgio Alberto, Chriſtiani Filio, qui m. 1666. Ejus poſteri: Erdmannus Philippus F. m. 1678. Chriſtianus Henricus Fr. m. 1708. Georgius Fridericus Carolus F. *modernus Marchio Culmbacenſis*, ſuccedit Agnato Georgio Wilhelmo in Marchionatu Beruthino 1726. *Ejus Genealog. vid. ſupra.*

II. Linea *Anſpachica*, ſeu *Onoldsbacenſis* Parente Joachimo Erneſto, Joannis Georgij Electoris Filio, qui m. 1625. Ejus poſteri: Fridericus F. in prælio Nordlingenſi cæſus 1634. Albertus Fr. m. 1667. Joannes Fridericus F. m. 1686. Chriſtianus Albertus F. m. 1691. Georgius Fridericus Fr. m. 1703. Wilhelmus Fridericus Fr. m. 1723. Ejus *vidua:* Chriſtina Carolina, Friderici Caroli Duc. Wirttemb. Stutgard. filia nat. 1694. deſp. 1709. m. 1729. Carolus Wilhelm. Fridericus *modernus Marchio Anſpacenſis* nat. 12. Maij 1712. prius ſub tutela matris Chriſtinæ. *Amitæ:* 1. Dorothea Franciſca nat. 1676. uxor Joannis Reinhardi Comitis Hanoviæ ab 1699. 2. Wilhelmina Carolina nat. 1683. uxor Georgij Auguſti Principis Walliæ, nunc Regis Angliæ ab 1705. *vid. part. 1. pag. 62.*

## §. III.

### *Succeſſio Genealogica Marchionum Luſatiæ.*

### ORIGO MARCHIONUM LUSATIÆ.

LUſatiam, antiquis temporibus Suevorum ſedem, ſæculo VII. Slavi: Sorabi *ſuperiorem*, Lutitij *inferiorem* inſederunt. Sæculo X. Henricus *Auceps* Imperat. devictis Slavis, Luſatiam arcendis barbaris Marchiam erexit, primo Marchione Gerone ex Comitibus *Altenburgenſibus* & *Martisburgenſibus* orto circa a. 930. Geronem ſecuti ſunt Chriſtianus, Dithmari Comitis *Wettinenſis* F. Geronis Affinis, Dithmarus I. F. Dithmarus II. Nepos, Otto F. Dedo (ſimul Marchio Miſniæ) qui ab Henrico IV. Imperat. Marchiâ exuitur. Exin Luſatia diviſa: *Superior* ab Henrico IV. Wratislao II. Regi Boh. 1086. *inferior* 1136. à Lothario II. Marchioni Miſniæ Conrado I. elocata eſt.

*Luſatia ſuperior*, ante diviſionem *Regio Niſſana*, *Marchio Budiſſina*, & *Gorlicenſis* dicta, varias viciſſitudines ſubiit. Primùm à Wratislao II. Rege Boh. Viperto Comiti *Groicenſi*, ejus Genero, dotis nomine obtigit. Extinctâ 1136. *Groicenſium* familiâ ad Bohemiam recidit, & à Sobieslao I.

ad

ad Premiſlaum III. Ottocarum coronæ adjuncta permanſit. Circa a. 1254. Ottocarus Ottoni *Pio* Brandeburgo ſeu dotis (cùm ſororem Beatricem eidem elocârit) ſeu pignoris nomine eam attribuit. Poſt mortem Waldemari I. Brandeburgi 1319. (qui etiam *inferiorem* Luſatiam tenuit) tempore Joannis Regis rurſum utraque ad Bohemiam acceſſit, donec Ferdinandus II. Imperat. 1637. Joanni Georgio Electori Saxoniæ, ejúsque poſteris pactô pacis Pragenſis, hæreditario jure tamquam feudum Bohemiæ ceſſiſſet, ab ejus verò morte iterum diviſa: *Superior* lineæ *Electorali*, *inferior Merſeburgicæ* teſtamentô 1656. obveniſſet, quibus etiamnum paret.

*Luſatia inferior*, à quibusdam hiſtoricis Wratislao II. Regi Bohem. ab Henrico IV. ab aliis Viperto Comiti *Groicenſi* ab Henrico V. Imperatoribus, ſimul cum *ſuperiore* Marchia tradita fuiſſe perhibetur. Veroſimilius eſt, circa a. 1136. Marchionibus Miſniæ à Lothario II. obveniſſe, quorum primus Conradus, ultimus Fridericus *Admorſus*, qui à Waldemaro I. March. Brandeb. captus, eidem Luſatiam *inferiorem* ceſſit. Inde utraque Luſatia coaluit. Mortuô 1319. Waldemaro ſub Joanne Rege rurſus Bohemiæ adjecta ad 1637. perſtitit, quô ad Electores Saxoniæ tranſiit. Nunc ad

 Du-

Ducem *Merſeburgicæ* lineæ pertinet. *vid. Luſat. ſuperior.*

## §. IV.

## *Succeſſio Genealogica Marchionum Miſniæ.*

## ORIGO MARCH. MISNIÆ.

MArchiam *Miſniæ*, Caroli M. tempore Burggraviatum Soraborum Zorbicenſem, ab urbe *Miſnia*, Henrici *Aucupis* operâ conditâ, nomen traxiſſe ferunt. Lis eſt, cui prima cuſtodia urbis & Marchiæ commiſſa fuerit. Alij Fridericum Witekindi M. Abnepotem, alij Brunonem Ditgremi ex filio Friderico Nepotem, Witekindi II. Abnepotem, primum Marchionem ſtatuunt. Nos certiora ſecuti cum *Eccardo in hiſt. Geneal. primorum Miſniæ March.* à Gunthero & Ricdago Genealogiæ initium ducimus, quorum ſtirpem alij ex Thuringia ortam, plerique ad *Wettinenſes* Comites, Wittekindi M. poſteros, referunt.

### *Familiæ Regnantes II.*

I. Saxonica. II. Landgrav. Thuringiæ.

*I. Saxonica ſeu Witekindica antiquorum Marchionum ante conjunctionem cum Thuringia à ſæculo 10.*

GUNTHERUS ſæculô X. Marchio Miſniæ ſub Ottone I. Imperat. ab honore ſuo ſuſpen-

ſpenſus, Marchiâ Ricdago tradita occid. in Italia 982. RICDAGUS vulgò Brunonis F. fortaſſis frater uxoris Guntheri m. 985. March. 55. ECCARDUS I. vulgò Guntheri F. m. 1002. March. 17. GUNCELINUS Fr. ab Henrico II. Imperat. captus m. 1011. March. 9. HERMANNUS Eccardi I. F. m. 1032. March. 21. ECCARDUS II. Fr. ultimus ex hac familia ab Henrico II. Imperat. Marchiâ exuitur. (Eo vivente Theodoricus II. Comes *Wettinenſis* Marchio Landſpergenſis Miſniam adeptus eſt.) Eccardus ſine liberis m. 1046. DEDO Theodorici II. Com. Wettinenſ. F. (ſimul Marchio Luſatiæ) ob rebellionem contra Henricum IV. Imperat. à Wratislao Rege Boh. ejectus, in exilio m. 1081. Marchiâ Wratislao Regi aliquantum conceſsâ. HENRICUS I. Dedonis F. Miſniam recuperat m. 1106. HENRICUS II. F. Poſthumus, quem Conradus ſucceſſor pro ſuppoſititio habuit; ſed Henricus Conradum in bello cepit, & mox ſine hærede m. 1127. March. 21. CONRADUS *Pius* Thimonis Comitis Wettinenſ. (qui fuit frater Dedonis March. Miſniæ) F. ex carcere Marchio Miſniæ & Luſatiæ beneficiô Lotharij II. Imperat. à Venedis cæſus 1156. March. 29. OTTO *Dives* F. Fridbergæ Conditor, fodinarum metallicarum inventor, primùm à Ludovi-

co

co Thuringiæ Landgravio, deinde à proprio filio Alberto *Superbo*, quem natu majorem ſecundo genito Theodorico poſtpoſuerat, in carcerem conjectus 1188. m. 1189. March. 33. ALBERTUS *Superbus* F. Theodoricum fratrem ejicit, venenô tollitur 1195. March. 6. THEODORICUS Fr. pro Philippo Imperat. contra æmulum ejus Bertholdum Zœringium, & Ottocarum Regem Boh. militat: ab Hermanno Socero Landgravio Thuringiæ in Miſniam reſtituitur: venenô à medico necatus 1220. March. 25. (Ejus uxor Juditha ſeu Jutha ſoror & hæres Ludovici S. & Henrici Raſponis Landgraviorum Thuringiæ, ob quod conjugium Miſnia dein cum Thuringia conjuncta eſt.)

*II. Eadem continuata ſimul Landgraviorum Thuringiæ ab 1220.*

HENRICUS *Illuſtris*, & *Malleus*, Theodorici F. per Patrem Marchio Miſniæ, materno jure, defuncto Henricô Raſpone familiæ ultimo, Landgravius Thuringiæ 1248. Moriturus regiones inter filios ſic diviſit, ut Theodoricus Miſniam, Albertus *Degener* Thuringiam obtineret. m. circa a. 1288. THEODORICUS *Sapiens* F. Frater Alberti *Degeneris*, de quo *vid. tit. Landgrav. Thuring.* Alberti fratris ejectos filios protegit m. 1283. relictô filiô Friderico

*Bal-*

*Balbo*, qui m. 1291. FRIDERICUS *Admorſus* Alberti *Degeneris*, fratris Theodorici Landgravij Thuring. F. variis cum Patre, Adolpho & Alberto I. Imperatoribus, Waldemaro March. Brandeb. & Philippo Naſſovio bellis geſtis ( quibus bis captus, bis evaſit ) tandem tranquillè Paternas ditiones Miſniam & Thuringiam poſſidet, quibus addidit Zwickaviam, Altenburgum & Chemnitium, urbes ab Imperio avulſas: Luſatiam inferiorem captivus Waldemaro Marchioni Brandeb. cedere cogitur 1317. m. 1324. March. 18. FRIDERICUS *Gravis*, ſeu *Severus* F. (ſimul Landgrav. Thuring.) Vinariam & Comit. Orlamundenſem ditioni ſuæ adjicit. m. 1349. March. 25. relictis 5. filiis Sigismundo deſtinato Epiſcopo Merſeburgenſi, Ludovico Archi-Epiſcopo Moguntino, reliquis tribus ita patrimonium partientibus, ut Fridericus *Strenuus* partem Miſniæ Oſterlandiam, Balthaſar Thuringiam, Wilhelmus *Cocles* reliquam Miſniam poſſiderent. FRIDERICUS *Strenuus* F. per uxorem Catharinam, Henrici Com. Hennebergenſis filiam, ditionem Coburgenſem Saxonicæ Domui adjecit: Voitlandiam occupavit: cum *Haſſica* Domo mutuæ ſucceſſionis pactum aut ſtipulatur, aut antea initum inſtaurat 1372.

m.

m. 1381. March. 33. FRIDERICUS *Bellicoſus* F. ſuccedit in Miſnia ſimul & Thuringia: a Sigismundo Imperat. extinctâ *Aſcania* fam. contra Ericum Saxo-Lauenburgicum Elector Sax. creatur 1423. omnium *modernorum Ducum Saxoniæ* Sator. m. 1428. March. 48. *vid. pag.* 53. & 107. ( Ejus Frater: Wilhelmus *Dives* Marchiam Brandeb. à Jodoco Moravo emit, ſed Sigismundus Imperat. redemptam in beneficium conceſſit Burggravio Norimb. *vid. pag.* 155.) Alter Georgius Coburgi ſedem fixit, uterque cælebs mortuus. Ejus verò Filij Fridericus *Placidus* in Electoratu & Miſnia, & Wilhelmus in Thuringia ſucceſſerunt. Hic cum maſculo hærede careret, fratris filiis Erneſto & Alberto Provincias cedit, quorum hic Miſniam, alter Thuringiam diviſis ditionibus & lineis obtinuerunt. Ab eo tempore Miſnia ſemper *Saxonicæ* Domui partim *Electoralis*, partim *aliarum* linearum, conjuncta permanſit. *vid. tit. Sax. pag.* 53. & 108.

§. V.

# §. V.

## *Succeſſio Genealogica Marchionum Moraviæ.*

## ORIGO MARCHIONUM MORAVIÆ.

MOravia, olim Marcomannici Regni pars, primum à Quadis, dein Marcomannis, demum à Slavis culta, ſæculo VIII. circiter in ampliſſimum *Moraviæ* Regnum, Slavorum potentiâ aſſurrexit. Regum nomina ut ut vetuſtate obſoleta ſint, celebriores tamen ordine recenſentur: Raslaus, vel Raslitius, quem Ludovicus Rex Germ. bellô captum, oculis orbavit: Hormidorus, Suatobogius, Suatoplucus I. & II. quorum ille tempore Arnulphi Imperat. circa a. 890. operâ S. Cyrilli Catholicis ſacris imbutus, alter Filius, aut Nepos, cùm Arnulphô Normannicis bellis implicitô prædas ex Germania egiſſet, & Methodium Epiſcopum in obeundis ſacris perturbâſſet, à Cæſare proſcriptus eſt, ejus Regnô à vicinis Hungaris, Polonis & Auſtriacis direptô. Reliqua Moraviæ pars ſe in fidem Bohemorum commiſit, & Wratislaô II. ab Henrico IV. Imperat. 1086. in Bohemiæ ſolium evectô, abolitô Regni nomine *Marchionatus* & perpetuum Bohemiæ feudum di-

dicta eſt. Inde hic titulus in Regia ſtirpe permanſit, quamvìs eum cum Provinciæ jure crebriùs Reges Bohem. filiis, aut fratribus: primùm Wratislaus II. Fratribus Conrado & Ottoni, Wenceslaus III. Filio Premislao III. Ottocaro, itidem Carolus IV. Fratri Joanni, & hic rurſum binis filiis Jodoco (electo 1410. Imperatori) & Procopio conceſſerunt.

# CAPUT VI.

## SUCCESSIO GENEALOGICA LANDGRAVIORUM S. R. I.

### ORIGO LANDGRAV. S. R. I.

L*Andgravij*, à defendendis Provinciis ſic dicti, Caroli M. Imperiô primùm *Comitum*, dein auctâ potentiâ ſæculo XI. & XII. *Comitum Provincialium* nomine præfuerunt. Quatuor potiſſimùm hoc nomine in Imperio inclaruerunt: *Alſatiæ*, *Leuchtenbergæ*, *Haſſiæ & Thuringiæ*. Alſatiæ Landgravios primùm ſe Habſpurgici dixêre, cum eam Provinciam obtinerent; nunc Alſatia Gallici juris eſt, poſtquam Galliæ Rex in pace Weſtphalica 1648. Auſtriacas in ea ditiones: in Neomagenſi dein 1679. & Ryswicenſi 1697. reliquas urbes, ab Imperio avulſas, obtinuiſſet. Leuchtenberga primum Landgravium Gerhardum circa a.

1180.

1180. nacta, poſtremò Maximiliano 1646. demortuô per ejus ſororem Mathildem, Alberto Bavaro nuptam, Bavariæ acceſſit. Thuringia variis dominis, potiſſimùm Ducibus Sax. *Erneſtinæ* lineæ & Archi-Epiſcopo Mogunt. ſubeſt: ſola Haſſia, communi olim cum Thuringia poteſtate, nunc diviſâ, ſuos ſeorſim Landgravios cenſet.

## §. I.

### *Succeſſio-Genealogica Landgraviorum Haſſiæ.*

### ORIGO LANDGRAVIORUM HASSIÆ.

HAſſiam primùm Cotti, dein Thuringiæ Reges obtinuerunt. Everſô Thuringiæ Regnô Haſſia circa a. 1042. in Landgraviatum erecta, Thuringiæ Landgraviis ſuberat, *vid. infra.* donec 1248. poſt mortem Henrici Raſponis Landgravij Thuring. à Thuringia avulſa, Sophiæ (cui Patruus erat Raſpo) Henrici *Magnanimi* Ducis Brabantiæ conjugi ceſſiſſet, ejus filiô Henricô *Puerô* primô Haſſiæ Landgraviô conſtitutô 1247.

### *Familia Regnans unica.*

*Brabantina ab 1247. in varias lineas diviſa.*

HENRICUS I. *Puer*, vel *Infans Haſſiæ*, Henrici V. Ducis Brabantiæ & Sophiæ, filiæ Lu-

Ludovici S. Thuringiæ & Haſſiæ Landgravij, Neptis Raſponis, F. poſt longa certamina tandem Haſſiam materno nomine obtinet, ſub tutela Matris 1247. Arcem Caſſellanam condit: Beilſteinium à Joanne ultimo ejus Comite coëmit m. 1308. Landgrav. 61. OTTO F. ditionem cum Fratribus Ludovico & Joanne partitur, quam iterum recipit illô ſine liberis 1311. mortuô, hoc 1310. in Epiſcopum Monaſterienſ. electô. Jus primogenituræ inſtituit 1311. m. 1323. Landgr. 15. HENRICUS II. *Ferreus* F. mortuis binis filiis Henrico & Ottone *Sagittario* Hermannum ex Fratre Ludovico Grebenſteinenſi Nepotem ſucceſſorem inſtituit. m. 1376. Landgr. 53. HERMANNUS *Doctus* Nepos cum Thuringiæ Landgraviis de ſucceſſione in defectu prolis maſculæ tranſigit m. 1413. Landgr. 37. LUDOVICUS II. *Pacificus* F. oblatam Imperij coronam rejicit a. 1453. Comitatum Ziegenhaimenſem, & Niddæ mortuo eorum Domino Joanne obtinet. m. 1458. Landgr. 45. relictis duobus filiis Ludovico Caſſellæ, Henrico Marburgi ſucceſſoribus. (Inde duæ lineæ *Caſſellana*, & *Marburgenſis.*) Ex *Marburgenſi*: Henricus ductâ in Conjugem Annâ Philippi ultimi Comitis Catimelibocenſis ( *Cazenelnbogen* ) & Diezenſis filiâ utrumque Comitatum obtinet m.

1483. ſuperſtite filio Guilielmo III. *Juniore*, quô 1500. ſine liberis mortuô, inter Joannem Naſſovium Dillenburgenſem (cui Methildis Guilielmi ſoror nupſerat) & inter Guilielmos Caſſellenſes Patrueles de ſucceſſione certatum eſt, demum ſub Philippo *Magnanimo* lis ita deciſa eſt, ut Comitatus Diezenſis cum 600000. Rhenenſium familiæ *Naſſoviæ*, reliquum *Haſſiæ* Landgraviis relinqueretur. Ex linea *Caſſellana:* LUDOVICUS III. *Liber* m. 1471. Landgr. 13. GUILIELMUS I. *Senior* è Palæſtina redux philtrô mente motus fratri ditionem cedit 1493. Landgr. 22. m. 1515. nullo mare relicto. GUILIELMUS II. *Medius* Fr. Friderico III. & Maximiliano I. Impp. ſtrenuam bellô operam navat. Mortuo Guilielmo ultimo *Marburgenſis* lineæ totam Haſſiam obtinet 1500. Philippo *Ingenuo* Electori Palat. proſcripto multa bona eripit m. 1509. Landgr. 16. PHILIPPUS *Magnanimus* F. ſucceſſit Patri ſub tutela Matris Annæ Megalopolitanæ: Lutheranam ſectam in ditionem inducit 1524. Rebelles ruſticos in ordinem redigit. Henricum *Juniorem* Ducem Guelpherbytanum cum Elect. Sax. Joanne Friderico bello petit, cum quo etiam Smalcaldicô bellô in Carolum V. pugnat, qui dein à Cæſare victus poſt quinquennalem cuſtodiam liber dimittitur 1552. m. 1567.

Land-

Landgr. 50. (Ejus filij Guilielmus Caſſellam, Ludovicus Marburgum, Philippus Rheinfelſam, Georgius Darmſtadium Paterna diviſione capiunt, ſed defunctô ſine liberis Ludovicô, & Philippô eorum ditiones ſuperſtites Fratres dividunt, & familiam in duas lineas Guilielmus in *Haſſo-Caſſellanam*, & Georgius in *Haſſo-Darmſtadianam*, adhuc florentes, diducunt.)

*I. Linea Haſſo-Caſſellana ab a. 1567.*

GUILIELMUS IV. *Sapiens* pro Parente in cuſtodia detento gubernat; quô mortuô mediam partem Landgraviatûs obtinet. Extinctis *Hoyæ* Comitibus, ejus Comitatûs parte ditionem ſuam auget: Smaldcaldium ſublatis *Hennebergicis* Comitibus adipiſcitur m. 1592. Landgr. 25. MAURITIUS F. ſcientiis mirè excultus, contra Ferdinandum II. Imp. cum fæderatis infeliciter pugnat, unde ærumnis fractus Guilielmo V. filio Landgraviatum tradit 1627. Landgr. 35. Octo filiorum, & 10. filiarum Pater. Reliquis ſine hærede maſculo mortuis Erneſtus, qui Rhenofeldam obtinuerat, *Rhenofeldenſis* lineæ eſt Author. GUILIELMUS V. F. cum Suecis contra Auſtriacos, & Darmſtadienſes fœdus init, m. 1637. Landgr. 10. GUILIELMUS VI. F. ſuccedit ſub tutela matris Amaliæ Eliſabethæ. Extinctis cum Ottone Comitibus *Schaumburgicis*

*cis* 1640. Weſtphalica pace eorum ditiones obtinet, quarum magnam partem Comitibus Lippenſibus ob antiqua in eum Comitatum jura transmiſit. Porrò hac ipſa pace Principatum Hirſchfeldenſem, ex Marburgenſi hæreditate Marburgum, & quartam ditionum partem, nec non Primogenituræ Jus adeptus. m. 1663. Landgr. 26. GUILIELMUS VII. F. m. 1670. Landgr. 7. CAROLUS Fr. Auſtriacorum contra Gallos ſocius m. 1730. Landgr. 60. FRIDERICUS F. modernus Landgravius Haſſo-Caſſellanus ab a. 1730. (ſimul Rex Sueciæ.) *Ejus Geneal. vid. part. 1. pag.* 211.

Ex Linea *Haſſo-Caſſellana* deſcendunt.

*I. Linea Rhenofeldenſis* Parente Erneſto Mauritij Landgr. Haſſo-Caſſellani filio, qui tum à patre, tum à fratribus totum Comitatum Catimelibocenſem, & plura in Landgraviatu loca obtinet. 1651. Catholicam religionem amplectitur. m. 1693. Ejus duo filij Lineam Rhenofeldenſem in duas alias ſubdiviſêre.

1. *In Rottenburgenſem* Parente Guilielmo Erneſti Rhenofeldenſis filio. *Modernus Landgr.* eſt: Erneſtus Leopoldus F. nat. 25. Jun. 1684. *Conj.* Eleonora Maria Anna Maximiliani Caroli Principis Lewenſteino-Wertheimenſis F. nat. 1688. deſp. 1704. *Liberi:* 1. Joſephus nat. 1705. deſp.

deſp. 1726. Chriſtinæ Annæ Ludovicæ, Ludovici Ottonis Principis Salm Filiæ. 2. Polixena Chriſtiana nat. 1706. uxor Caroli Eman. Princip. Pedemont. ab 1724. 3. Franc. Alexander nat. 1710. 4. Eleonora Philippina nat. 1712. 5. Carolina nat. 1714. uxor Lud. Henr. Principis Burbonij ab 1728. 6. Conſtantinus nat. 1716. 7. Chriſtina Henrica nat. 1717. *Sorores:* Eliſabetha Catharina Felicitas nat. 1678. vidua Franc. Alexandri Princ. Naſſovio-Hadamarenſis ab 1711. 2. Anna Joanna nat. 1680. Canoniſſa Thorenſis. 3. Erneſtina Ludovica nat. 1681.

2. *In Wanfriedenſem* Parente Carolo Erneſti Landgr. Rhenofeldenſis filio. *Modernus Landgr.* eſt Guilielmus F. antea Canonicus Colonienſis, & Argentinenſis nat. 25. Aug. 1671. *Conj.* Erneſtina Eliſabetha Theodori Palatini Sulzbacenſis F. nat. 1697. deſp. 1719. Ejus *Frater* Chriſtianus ex ſecunda Caroli conjuge nat. 1689. & 4. ſorores ſuperſunt.

*II. Haſſo-Darmſtadienſis ab a. 1567.*

GEORGIUS I. *Pius* Philippi *Magnanimi* Landgravij Haſſiæ F. Darmſtadienſis lineæ Conditor m. 1596. Landgr. 29. Ejus duo filij Philippus Buzbachium, & Fridericus Homburgum obtinent, quorum primus ſine liberis mortuus, ſecundus *Homburgenſem*

*ſem* lineam condidit. LUDOVICUS *Fidelis* F. cum Caſſellanis pro Marburgenſi hæreditate certat. A Mansfeldio Cæſ. Belliduce bellô capitur. m. 1626. Landgr. 36. relictis tribus filiis Georgio, Joanne, & Friderico. Georgius à morte Patris in Landgraviatu ſucceſſit; Joannes, cui in hæreditatem Breubachium obtigit, ſine liberis m. 1651. Fridericus a. 1655. primùm S. R. E. Cardinalis, dein Epiſcopus Vratislavienſis renuntiatus m. 1682. GEORGIUS II. F. Suecorum ſocius, donec Paſſavij pax ſanciretur; favore dein Cæſaris quartam Marburgenſis hæreditatis partem obtinet. m. 1661. Landgr. 35. LUDOVICUS VI. F. 16. liberorum parens m. 1678. Landgr. 17. (Ejus Frater Georgius paterna hæreditate Lauterbachium accipit.) LUDOVICUS VII. F. in apparatu nuptiali m. 1678. ERNESTUS LUDOVICUS Fr. ex altera Ludovici VI. conjuge Eliſabetha Dorothea Saxo-Gothana ſuccedit 1678. hodiedum regnans nat. 15. Dec. 1667. *Conj.* Dorothea Carolina Alberti Marchionis Brandeburgico-Anſpacenſis F. deſp. 1687. m. 1705. *Filius* Ludovicus hæreditarius Princeps nat. 5. Apr. 1691. Ejus *Conj.* Carolina Chriſtina, Joannis Reinhardi Comitis Hannav. F. deſp. 1717. m. 1726. (Ex ea 3. filij & 3. filiæ genitæ adhuc impuberes.) *Filia* Friderica

ca Carolina nat. 8. Sept. 1698. deſp. 1720. Maximiliano Landgr. Haſſo-Caſſelano. *Fratres* I. Philippus nat. 20. Julij 1671. Catholicam religionem profitetur 1693. Cæſareus Gubernator Mantuæ. (*Ejus liberi* ex Maria Thereſia Duce Havréenſi 1714. mortua 1. Joſephus nat. 1699. 2. Theodora nat. 1706. deſp. 1727. Joſepho Gonzagæ Duci Guardiſtalli. 3. Leopoldus nat. 1708.) II. Henricus nat. 29. Sept. 1674. Catholicæ religionis. In Cæſareis obſequiis, cælebs. *Soror* Sophia Ludovica nat. 6. Julij 1670. deſp. 1688. Alberto Erneſto Principi Oettingenſi.

Ex Linea *Haſſo-Darmſtadienſi* oritur.

Linea *Homburgenſis* Parente Friderico Georgij I. *Pij* filio. *Modernus Landgr. Homburgenſis* eſt: Fridericus Jacobus nat. 19. Maij 1673. *Conj.* I. Eliſabetha Dorothea Ludovici Landgravij Haſſo-Darmſtad. F. deſp. 1700. m. 1721. II. Chriſtiana Friderici Ludov. Com. Naſſovio-Odwillerenſis F. nat. 1685. deſp. 1728. *Filij ex primo Conjugio* 1. Ludovicus Joan. Guiliel. Ruſſiæ Generalis nat. 1705. 2. Fridericus nat. 1721. *Vidua* Fratris Caſimiri Guilielmi 1726. mortui: Chriſtiana Carolina Guiliel. Mauritij Com. Salm. Praunfeldenſis F. nat. 1690. ex qua Filius, & Filia Ulrica Eleonora nat. 1726. *Vidua* Fratris Ludovici

Geor-

Georgij in Sontheim 1728. demortui: Chriſtiana Magdalena Com. Limburgenſ. F. nat. 1683. ex qua filia unica Anna Friderica nat. 1714. deſp. 1727. Carolo Comiti Hohenlochenſi in Bartenſtein. *Sorores* 1. Carolina Dorothea Sophia nat. 1672. *Vidua* Joan. Erneſti Ducis Saxo-Vinarienſis ab 1707. 2. Hedwig. Ludov. nat. 1675. deſp. 1719. Georgio Chriſtiano Com. Schliebenſi. 3. Wilhelmina Maria nat. 1678. deſp. 1711. Antonio Com. Altenburgenſi. 4. Eleonora Margaretha nat. 1679. Decaniſſa Hervordenſis.

## §. II.

### *Succeſſio Genealogica Landgraviorum Thuringiæ.*

### ORIGO LANDGRAVIORUM THURINGIÆ.

Thuringia priſcis temporibus Regnum, ſæculo VI. Franciæ Regibus, primò Merovingiis, dein Carolingiis ceſſit, donec a. 886. Carolus *Craſſus* Thuringis Ducem dediſſet Ludovicum, cujus Nepos Burchardus ſine prole obiit, ab Hungaris cæſus. Quare Henricus *Auceps* Imperat. Thuringiam familiæ ſuæ adjecit. Ex ejus poſteris quamvis Guilielmus Ottonis I. Imperat. Filius, Præſul Moguntinus cum ſucceſ-

ſoribus jus in Erfordiam urbem, & Thuringiam ſibi vendicârint; tamen Ludovicus *Barbatus* Caroli Ducis Lotharing. & Brab. Filius beneficiô Conradi II. Imperat. *Vice-Comes* Thuringiæ circa 1039. conſtitutus, titulum *Comitatûs* ad poſteros transmiſit (cùm interea *Marchiones* Thuringiæ ſummam rei adminiſtrarent.) Ejus F. Ludovicus II. *Saltator* dictus ob præcipitem ſaltum in Salam ex editiſſima arce, in qua ob cædem Friderici III. Palat. Sax. per biennium detentus eſt. Hujus F. Ludovicus poſt obitum Ecberti IV. undecimi Marchionis primus Thuringiæ & Haſſiæ *Landgravius* à Socero Lothario II. Imperat. creatus 1130.

## *Familiæ Regnantes II.*

I. Brabantina. II. Marchionum Miſniæ.

*I. Brabantina ante conjunctionem cum Miſnia ab a. 1130. ad 1248. per an. 118.*

LUDOVICUS III. Ludovici II. *Saltatoris* F. maritus Hedwigis filiæ Lotharij Imperat. (ſimul Landgrav. Haſſiæ) m. 1149. Landgr. 19. LUDOVICUS IV. *Ferreus* F. Gener Conradi III. Imperat. (ſimul Landgr. Haſſiæ) duos reliquit filios Ludovicum V. & Hermannum, quorum utrumque Henricus *Leo* Dux Sax. & Bav. in vinculis detinuit; ſed Friderico I. Imperat. in-

ju-

juris Principum perſequente, dimiſſi ſunt. m. 1172. Landgr. 23. LUDOVICUS V. *Pius* F. (ſimul Landgr. Haſſiæ) cum Friderico I. Imperat. ad ſacrum bellum profectus in eo ſine hærede m. 1192. Landgr. 20. HERMANNUS Fr. in Thuringia & Haſſia ſuccedit; proſcripto Henrico *Leone* à Friderico I. Imperat. Palatinatu Saxoniæ donatur m. 1215. Landgr. 23. LUDOVICUS VI. *Sanctus* F. (ſimul Landgr. Haſſiæ) in militia ſacra m. 1227. Landgr. 12. relictâ unicâ filiâ Sophia Henrico V. Duci Brabantiæ nuptâ, deinde in Haſſia ſucceſſore. (Ejus uxor S. Eliſabetha Andreæ II. Regis Hung. Filia, à Gregorio IX. 1235. Canonizata.) HENRICUS *Raſpo* Fr. expulsâ Eliſabethâ viduâ, & ejus filiâ Sophiâ Thuringiam & Haſſiam occupat; contra Fridericum II. Imperator electus 1246. bellô vincit Conradum IV. Friderici filium: ad Ulmam cæſus, ſine prole m. 1248. Landgr. 19.

Ab obitu Henrici lis de ſucceſſione orta eſt, an Fratris Ludovici filia Sophia, uxor Henrici V. *Magnanimi* Ducis Brabantiæ, an Sororis Juthæ, ſeu Judithæ (quæ fuit uxor Theodorici Marchionis Miſniæ) filius Henricus *Illuſtris* ſuccedat. Poſt longa certamina ſic dirempta eſt, ut Henricus *Miſnienſis* Juthæ filius Thuringiam, Henricus verò *Brabantinus* Sophiæ filius Haſſiam obtinerent.

*II. Marchionum Miſniæ ab a. 1248.*

HENRICUS *Illuſtris*, & *Malleus*, Theodorici Marchionis Miſniæ & Juthæ Thuringicæ F. Henrici *Raſponis* ex ſorore Nepos *vid. pag. 162.* ALBERTUS *Degener* F. licèt cum Margaretha, Friderici II. Imperat. filia, Altenburgenſem Ducatum dotis loco accepiſſet, & tres ex ea filios Henricum, Fridericum & Dicemanum ſuſcepiſſet, pellicem tamen Cunegundam lectiſſimæ fæminæ prætulit, & excluſis legitimis filiis Ludovicum Apitium Nothum, ſucceſſorem nominavit. Quare irritati filij (prius ſub tutela Theodorici Patrui educati) eô demortuô Miſniæ partem hæreditate capiunt, & Patre 1306. capto omnem ditionem fædè permiſcent, Pater dimiſſus Thurigiam Adolpho Naſſovio divendidit. Multa inde & diuturna calamitas, donec Albertô in cænobium intruſô, & demum Erfordiæ 1314. exule & inope mortuo, Fridericus ejus Filius avitas omnes regiones recuperâſſet. FRIDERICUS *Admorſus* F. (ſimul Marchio Miſniæ) *vid. pag. 163.* FRIDERICUS *Gravis*, ſeu *Severus* F. (ſimul Marchio Miſniæ) *vid. pag. 163.* BALTHASAR F. in partitione cum fratribus Thuringiam, per conjugium cum Margareta Alberti Burgr. Norimb. filia *Hildburghuſium*, *Heldburgum* & *Eisfeldam* in Franco-

conia: defunſto poſtremo Comite *Kefernburgenſi* eum Comitatum adeptus m. 1406. Landgr. 30. FRIDERICUS *Simplex*, ſeu *Pacificus* F. ſine liberis m. 1440. Landgr. 34. Thuringiâ rurſum ad agnatos Marchiones Miſniæ devolutâ. FRIDERICUS *Bellicoſus*, Friderici *Strenui* (qui fuit frater Balthaſaris Thuringici) F. (ſimul Marchio Miſniæ & Elector Sax.) *vid. pag. 64.* WILHELMUS III. F. primùm cum Fratre Friderico *Placido* communi nomine gubernat ad 1445. quô ei in diviſione Thuringia, Weiſſenfelſa, & Coburgum obtigit: eodem tempore cum fratre Friderico *Miſnienſi* mutuum ſucceſſionis pactum init; mox tamen 1447. Aulicorum monitis irritati, fratres mutuis odiis & bellis diſſident, poſt ſexennium Lipſiæ reconciliati. Wilhelmus cùm maſcula ſobole careret, fratris filios Erneſtum & Albertum hæredes inſtituit, m. 1483. Landgr. 38. Erneſtus & Albertus diviſis ditionibus & lineis ille *Thuringiam* & *Electoratum*, hic *Miſniam* in poſteros transmiſerunt. Ab eo tempore Thuringia Saxonicæ Domui, potiſſimum *Erneſtinæ* lineæ adhæſit, quamvis Moguntinus Præſul diſtrictum Eisfeldienſem, & Erfordiam urbem in ea antiquo jure poſſideat.

# CAPUT VII.

## SERIES PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM S. R. I.

INter *Eccleſiaſticos* Imperij Principes *Archi-Epiſcopi*, *Epiſcopi*, *ſacræ equeſtris militiæ Magiſtri*, & *Abbates* ex veteri ordine Principibus adſcripti, recenſentur. *Prælati* enim & *Abbatiſſæ*, cùm hæ per legatos, utrique Imperij cives & *curiatim* ſolùm non *viritim* ſuffragia ferant, & Principum dignitate careant, in ſcamna *Suevicum* & *Rhenanum* (ſimiliter ac Comites & liberæ urbes) rejiciuntur.

### §. I.

### *Series Archi Epiſcoporum S. R. I.*

*ARchi-Epiſcopi* ſuperioribus ſæculis octo in imperio cenſebantur: *Moguntinus*, *Trevirenſis*, *Colonienſis*, *Magdeburgenſis*, *Saliſburgenſis*, *Veſontinus*, *Bremenſis*, & *Rigenſis*. At *Rigenſis* ab Imperio avulſus nunc Ruſſici juris, *Magdeburgenſis* & *Bremenſis* in Weſtphalica pacificatione ſæculi jure donati ſunt, ille Electori Brandeburgo, hic Sueciæ Regi Ducatuum nomine relicti. Cæteri quinque adhuc ſuperſunt.

### *Archi-Epiſcopus & Elector* Moguntinus *S. R. I. per Germaniam Archi-Cancellarius.*

*Origo* antiquiſſima à primo Chriſti ſæculo, *primo*, ut fertur, *Antiſtite* Creſcente D. Pauli diſcipulo. *Primus Archi-Epiſcopus* a. 748. S. Bonifacius Anglus, Carolo M. coævus, ſeptem Epiſcopatuum: *Salisburgenſis*, *Friſingenſis*, *Ratisbonenſis*, *Pataviensis*, *Herbipolenſis*, *Eichſtadienſis*, & *Erfordienſis* fundator aut diſtributor, ideoq; *Germaniæ Apoſtolus* dictus. m. 754. Remoto Gervilio Epiſcopo Wormatienſi ſimul & Moguntino Wormatiâ Moguntiam Epiſcopi poteſtas translata eſt, agente Pipino Francorum Rege, & Zacharia Rom. Pontif. annuente. *Primus Elector* Willigiſius circa a. 998. *Modernus Archi-Ep. & Elect. Mog.* Franciſcus Ludovicus Palatinus Rheni lineæ *Neoburgicæ* nat. 18. Jul. 1664. fit Epiſcopus Vratislav. 1683. Præpoſitus Elwang. Epiſcop. Wormat. & Magiſter Ord. Teut. 1694. Coadjutor Mogunt. 1710. Elector Trevirenſ. 1716. reſignat hunc Archi-Epiſcopatum, & fit Elector Mogunt. 1729. poſt Lotharium Franciſcum Baronem de Schönborn 1729. mortuum. Ejus *Parentes* & *Agnatos* *vid. pag 51.*

*Archi Epiſcopus & Elector* Trevirenſis *S. R. I. per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius.*

*Origo* à primo Chriſti ſæculo, *primo Epiſcopo* D. Euchario è 70. diſcipulis Domini, decimô ſeptimô poſt Chriſti paſſionem annô à D. Petro ad prædicandum Evangelium in has oras cum Valerio Diacono & Materno Subdiacono miſſo. *Primus Archi-Ep.* Agricius à Sylveſtro Pontif. cum *Galliæ Germaniæque Primatu* ornatus circa a. 346. *Primus Elector:* Ludolphus a. 998. *Modernus Archi-Ep. & Elect. Trev.* Franciſcus Georgius è Comitibus de Schönborn nat. 17. Julij 1682. antea Præpoſitus Trevirenſis & Decanus Spirenſis, fit Elector Trevirenſ. 1729. poſt reſignationem Franciſci Ludovici Palatini *moderni* Electoris Moguntini. *Parentes* Melchior Frid. Comes de Schönborn-Puchheim m. 1717. & Anna Sophia Baroniſ. de Boineburg m. 1726. *Fratres:* 1. Fridericus Carolus Epiſcop. Bamberg. & Herbipol. *vid. tit. Epiſc. Bamb.* 2. Damianus Hugo Philippus Epiſcop. Spirenſis *vid. tit. Epiſc. Spir.* 3. Franciſcus Erwinus Rudolphus nat. 1678. Cæſar. & Mogunt. Conſil. Intimus.

## *Archi Epiſcopus & Elector* Colonienſis *S. R. I. per Italiam Archi-Cancellarius.*

*Origo* à primo Chriſti ſæculo, *primo*, teſte Gelenio, *Præſule* Materno Nainiticæ viduæ filio, qui ab Apoſtolis cum ſociis Euchario & Valerio ad Sequanos miſſus, dein in Germaniam inferiorem delatus *Trevirenſem* Eccleſiam regere cæpit m. 128. *Primus Archi-Epiſcop.* Agilolphus martyriô coronatus 717. *Primus Elector* Horibertus ſæculo X. *Modernus Archi-Epiſcop. & Elect. Colon.* Clemens Auguſtus ex Elect. Bav. Domo, nat. 16. Aug. 1700. fit Epiſcop. Monaſt. & Paderborn. 1719. Coadjutor Colonienſ. 1722. Elector Colon. 1723. poſt Patruum Joſephum Clementem 1723. mortuum. Epiſcop. Hildeshienſis 1724. Præpoſitus Leodienſ. 1725. & Epiſcop. Oſnabrug. 1728. ✶ Ejus *Parentes* & *Agnatos* *vid. pag.* 41.

## *Archi-Epiſcopus* Salisburgenſis *Primas Germaniæ, Sedis Apoſtolicæ perpetuus & natus Legatus.*

*Origo* à ſæculo VI. *Primo Epiſcopo* S. Ruperto Bojorum Apoſtolo à Theodone Bojorum Principe evocato, circa a. 528. *Primus Archi-Epiſcop.* Arno à Leone III. Pon-

tif. Carolo M. approbante creatus a. 798. *Modernus Archi-Ep. Saliſb.* Leopoldus Antonius Eleutherius Baro de Firmian, nat. 26. Maij 1679. fit Epiſcop. Lavant. 1718. Seccovienſ. 1723. Archi-Epiſcop. Salisburgenſ. 1727. poſt Franciſcum Antonium Comitem ab Harrach 1727. mortuum.

## *Archi-Epiſcopus* Veſontinus.

*Origo* à ſæculo I. circa a. 54. *primo Præſule* Lino ex 70. Diſcipulis Domini, Evangelij in his oris Præcone, dein Romæ Pontifice. Veſontini Archi-Epiſcopi (à Veſontio urbe in Comitatu Burgundiæ, olim Imperiali civitate dicti) juribus nihil à Cæſare vel Imperio derogatum fuit, licèt Veſontium 1651. Regi Hiſpaniarum, & ab hoc per pacem Neomagenſem 1678. cum tota Burgundia Galliarum Regi permiſſum fuerit, ut adeo Veſontinus Archi-Epiſcopus hodiedum locum ſuum inter Imperij Principes, & ſingillatim *Circuli Rhenani ſuper.* obtineat. *Modernus Archi-Epiſcop. Veſont.* Honoratus Grimaldi nat. 31. Dec. 1669. Electus 1723. poſt Renatum è fam. *Mornagenſi* 1721. defunctum. Ejus *Frater* Antonius Princeps Monacenſis. *vid. tit. Princep. Italiæ.*

## §. II.

### *Series Epiſcoporum S. R. I.*

*E*Piſcopatus S. R. I. prioribus ſæculis numerô ampliores, alij una cum regionibus integris Imperij finibus exciderunt (quales omnes per *Pruſſiam*, *Livoniam*, *Helvetiam* & *Lotharingiam*, quibus etiam *Bohemiæ*, *Sileſiæ*, & *Moraviæ* ſine injuria addi poſſe *Conringius* cenſet) alij Imperio adhuc ſubjecti, ſæculi jure donati ſunt, quorum Domini in Imperij Comitiis (uti olim Rex Sueciæ, nunc Elector Hannoveranus *Verdenſis Ducis* titulô, Elector Brandeburg. nomine Principis *Halberſtadienſis*, *Mindenſis*, & *Caminenſis*, Dux Megalopolitanus jure Principatûs *Suerinenſis* & *Razeburgenſis*) ſanctione pacis Weſtphalicæ ſententiam dicunt. Qui adhuc in Eccleſiaſticorum Principum collegio locum & ſuffragium *Epiſcopi* obtinent, 21. hoc ordine numerantur: Primus *Bambergenſis*: ab hoc proximi *Herbipolitanus* & *Wormatienſis* alternis vicibus, dein alternatim *Spirenſis* & *Eichſtadienſis*, tum *Argentoratenſis*, *Conſtantienſis*, *Auguſtanus*, *Hildesheimenſis*, *Paderbornenſis*, *Friſingenſis*, *Ratisbonenſis*, *Paſſavienſis*, & *Tridentinus*, mox per vices *Brixienſis*, & *Baſileenſis*, poſt hos eodem alternandi ordine *Leodienſis*, *Oſnabrugen-*

*ſis*,

ſis, & *Monaſterienſis*, demum *Lubecenſis* & *Curienſis*. Nos recepto literarum ordine ſingulos proſequemur.

## *Epiſcopus* Auguſtanus.

*Origò* ex ſæculo IV. *primo Epiſcopo* Sozymo, vel Dionyſio, à S. Narciſſo, cum Afra Nepte baptizato, & circa a. 300. primo Antiſtite creato. *Modernus Epiſcopus Auguſt.* Alexander Sigismundus Palat. Rheni nat. 16. April. 1662. Electus 1690. poſt Joannem Chriſtoph. Baronem de Freyberg 1690. mortuum. *Fratres:* Elector Mogunt. & Palatinus *vid. pag.* 52. Ejus *Coadjutor* Joannes Franciſcus Epiſcopus Conſtant. *vid. infra.* reſidet Dilingæ.

## *Epiſcopus* Argentoratenſis.

*Origo* Dagoberto Franciæ Regi vulgò, ſed perperàm attribuitur, teſtante *Ulrico Obrechto in prodromo Alſat. hiſt.* Epiſcopatum Argent. jam 300. ante Dagobertum annis floruiſſe, & probante ex actis Synodi Agripinenſis ſub Conſtantio & Conſtante, a. 346. habitæ, cui Amandus *primus* (ut vero ſimilius eſt) *Epiſcopus Argent.* interfuit. Anno 1359. Joannes Epiſcopus Landgraviatum inferioris Alſatiæ coëmit, inde adhuc Præſulibus titulus. Urbs & Epiſcopatus eſt Gallici juris ab 1681. *Modernus Epiſcop. Argent.* Armandus Gaſto de Rohan, Princeps

ceps Subizenſis nat. 24. Jun. 1674. fit Epiſcopus Argent. 1704. poſt Guilielmum Egonem Principem de Fürſtenberg 1704. mortuum. Cardinalis 1712. In Comitiis Ratisbonenſibus locum & ſuffragium petiit 1724.

## *Epiſcopus* Bambergenſis.

*Origo* ab initio ſæculi XI. Bamberga olim Comitatus ultimo Comite Alberto 905. occisô, Henrico II. Imperat. collata eſt, qui amplis redditibus in Franconia & Carinthia ditatam in Epiſcopalem ſedem evexit 1007. *primo Epiſcopo* Eberhardo conſtituto, qui inter Germaniæ Epiſcopos primus, ſoli Pontifici ſubjectus, eosdem cum Imperio officiales habeat. *Modernus. Epiſcop. Bamberg.* Fridericus Carolus è Com. de Schönborn-Puchheim nat. 3. Mart. 1674. Vice-Cancellarius Imperij ab 1705. Coadjutor Bamb. 1708. & Epiſcop. Bamb. 1729. poſt mortem Patrui Franciſci Lotharij. Epiſc. Herbipol. 1729. *Ejus Parentes, & Agnatos vid. ſupra tit. Elect. Trev.*

## *Epiſcopus* Baſileenſis.

*Origo.* Epiſcopatus hic olim *Rauracenſis* dictus, jam Conſtantini M. ævô proprios Præſules habuit, ad finem ſæculi IV. Baſileam dein Brunduſiam translatus, *primo Epiſcopo* Juſtiniano circa a. 346. à Synodo Colonienſi adverſus Euphratem celebri. D. Pantalus Martyrij Laureâ inſignis vulgò *primus* Baſileenſis

Præ-

Præſul cenſetur. *Modernus Epiſcop. Baſile.* Joannes Conradus è L. Baron. de Reinach. Electus 1705. poſt mortem Wilhelmi Jacobi è fam. Rinckiorum de Baldenſtein.

## *Epiſcopus* Brixienſis.

*Origo.* Initio ſedes Epiſcopalis Sabonæ Noricorum, tum in Tyroli ſitæ, *primo Epiſcopo* S. Caſſiano circa a. 360. à Fortunato Aquilejenſi Patriarcha ordinato, qui à gentilibus pulſus, ac ad forum Cornelij puerorum ſtylis confectus eſt. Quâ verò tempeſtate Epiſcopatus Brixiam translatus fuerit, incertum eſt. Albinum alij, alij Hartvicum, qui a. 1038. vixerat, ac Brixinum mœnibus cinxerat, *primum Brixienſem* Præſulem nominant. *Modernus Epiſcop. Brixienſ.* Caſpar Ignatius è Com. de Khünigl, nat. 7. Mart. 1672. Electus 1702. poſt Joannem Franciſcum è Tyrolenſ. fam. *Kuenorum.*

## *Epiſcopus* Conſtantienſis.

*Origo.* Sæculô ſextô Vindoniſsâ, in Ergoja ſitâ, per Clotarium Franciæ Regem Conſtantiam tranſlatus eſt, *primo* Præſule Maximo, ſeu Maximino. Epiſcopatûs hujus diſtrictus adeo latè ſeſe extenderat, ut omnes Germaniæ amplitudine exſuperare feratur, dum ſæculo XV. Imperante Friderico II. in ſynodo 17000.

Pres-

Presbyterorum ac Paræciarum præter 350. Monaſteria numerata ſunt, ac etiamnum 66. Decanatus reperiantur. *Modernus Epiſcopus Conſtantienſ.* Joannes Franciſcus è L. Baron. Schenck de Stauffenberg. nat. 1658. Electus 1704. poſt mortem Marquardi Rudolphi è L. Baron. de Rodt. Ejus *Coadjutor* ab 1722. Damianus Hugo Comes & Card. Schönborn, Epiſcopus Spirenſis.

## *Epiſcopus* Curienſis

*Origo*, ut putat *Bucellinus*, ab ipſo D. Petro, primo Epiſcopo S. Lucio: alij initia Epiſcopatûs ad a. 440. referunt, ac Aſimonem *primum Præſulem* memorant, qui a. 451. Chalcedonenſi concilio interfuit. Inter Euergetas Eccleſia Curienſis Carolum *Craſſum*, Ottonem M. ac iterum III. numerat, qui eandem ditionibus auxerunt. *Modernus Epiſcop. Curienſ.* Joſephus Benedictus Baro de Roſt, Electus 1728. poſt mortem Ulrici de Federſpill. Ejus *Pater* Antonius de Roſt olim Legatus Cæſareus in Rhætia.

## *Epiſcopus* Eichſtadienſis.

*Origo*, à ſæculo VIII. Epiſcopatus, quondam *Auriatenſis* dictus, à S. Bonifacio fundatus ad a. 742. *primo Epiſcopo* S. Wilibaldo. *Modernus Epiſc. Eichſt.* Franciſcus Ludovicus Sckenkius de Caſtell, electus 1725. poſt mortem Joannis Antonij Knöbel.

*Epi-*

## *Epiſcopus* Friſingenſis.

*Origo* à ſæculo VIII. Fundatore, & *primo Epiſcopo* S. Corbiniano circa a. 720. *Modernus Epiſcopus* Joannes Theodorus ex Electorali Bav. Domo, nat. 3. Sept. 1703. fit Coadjutor Ratisbonenſis 1719. Epiſcopus Ratisbon. 1723. Coadjutor Friſing. 1723. Epiſcopus Friſing. 1727. poſt mortem Joannis Franciſci Baronis Ecker de Küpfing & Liechteneck. Ejus *Parentes* & *Agnatos* *vid. pag.* 41.

## *Epiſcopus* Herbipolenſis, *& Dux Franconiæ.*

*Origo* à ſæculo VIII. Fundatore S. Bonifacio, *primo Epiſcopo* Burchardo circa a. 742. Is Hetamô, ultimo Franconiæ Duce, ſine hærede mortuo à Pipino Ducatu donatus eſt; inde Epiſcopi Herbipolenſes *Duces Franconiæ*. *Modernus Epiſc. Herbip.* Frid. Carol. Com. de Schönborn-Puchheim Elect. 1729. poſt mortem Chriſtoph. Franciſc. Baronis de Hutten.

## *Epiſcopus* Hildeſienſis.

*Origo* à ſæculo VIII. Fundatore Carolo M. *primo* Antiſtite Gunthero circa a. 785. Sedes priùs *Eltzæ*, ſeu *Aulicæ*, à Regia Caroli M. ſic dictæ, dein Hildeſiam tempore Ludovici *Pij* translata eſt. Anno

1542.

1542. Lutherana ſecta irrepſit, Epiſcopo tamen ſemper catholico. *Modernus Epiſc. Hildeſ.* Clemens Auguſtus Electus 1724. poſt Patruum Joſephum Clementem 1723. defunctum. *Vid. Elect. Colon.*

## *Epiſcopus* Leodienſis.

*Origo* à ſæculo II. Epiſcopatus primùm *Tungris* conditus aut excultus à D. Materno Apoſtolorum diſcipulo, *primo Tungrenſi* Præſule S. Servatio 312. Sæculo V. *Trajectum*; a. 709. *Leodium* translatus eſt. *Modernus Epiſc. Leod.* Georgius Lud. Comes de Berghes nat. 1660. Electus 1724. poſt Joſephum Clementem *Bavarum* 1723. demortuum.

## *Epiſcopus* Lubecenſis.

*Origo* à ſæculo X. Epiſcopatus primùm *Oldenburgi* conditus ab Ottone M. a. 952. *Primo* Præſule Marcone. (Ex *Oldenburgico Razeburgenſis* & *Megalopolitanus* 1508. conſtituti) a. 1162. ſub Geroldo Epiſcopo Oldenburgô *Lubecam* translatus. Tempore Henrici III. Epiſcopi cum Lutheranâ ſectâ inducti ſunt uxorij Præſules, quorum 5. jam è Domo *Holſatica* ſedem tenuerunt. *Modernus Epiſcop. Lubec.* Fridericus Adolphus Dux Holſato-Gottorpienſis nat. 1710. fit Epiſcopus 1727. poſt mortem Caroli Fratris. *Ejus Parentes & Agnatos vid. tit. Duc. Holſat.*

*Epi-*

## *Epiſcopus* Monaſterienſis.

*Origo* à ſæculo VIII. Epiſcopatus primùm ab urbe Mimingeroda *Mimingerodenſis* dictus, conditus à Carolo M. a. 788. *primo* Epiſcopo Ludgero. Anno 1040. conditô ab Hermanno Epiſcopo inſigni cœnobio urbs & Diæceſis *Monaſterienſis* nomen accepit. *Modernus Epiſcop. Monaſt.* Clemens Auguſtus Elect. 1719. poſt Franciſc. Adolph. de Metternicht 1718. mortuum. *vid. Elect. Colon.*

## *Epiſcopus* Oſnabrugenſis.

*Origo* à ſæculo VIII. Fundatore Carolo M. *primo* Epiſcopo Werthone ſeu Wittone. Anno 1634. in Suecico illo tumultu Epiſcopatui impoſitus eſt Guſtavus Waſaburgius Guſtavi Adolphi Nothus. In Weſtphalica pacificatione ſic res compoſita eſt, ut alternis vicibus Catholicus & Lutheranus, & ſingillatim ex Domo *Brunsvico-Luneburgica* præficeretur. Atque ſic 1662. ex Acatholicis Erneſtus Auguſtus (dein 1692. Elector Hannoveranus) primus Epiſcopatum geſſit, cui ſucceſſit Carolus Joſephus *Lotharingus* m. 1715. poſt quem Erneſtus Auguſtus *Dux Hannov.* m. 1728. ab hoc Clemens Auguſtus *Bavarus modernus Epiſcop. Oſnab.*

## *Epiſcopus* Paderbornenſis.

*Origo* à ſæculo VIII. Conditore itidem Carolo M. Dedicante Leone III. Pontifice, *primo* Præſule Hatamaro. Epiſcopalis ſedes primùm *Heriſtelli*, poſt baptiſmum Witekindi M. *Paderbornam* translata. *Modernus Epiſcop. Paderb.* Clemens Auguſtus elect. 1719. poſt Franciſcum Arnoldum Baronem de Metternicht 1718. defunctum. *vid. Elect. Colon.*

## *Epiſcopus* Paſſavienſis.

*Origo* à ſæculo VI. Ex *Laureacenſi* Archiepiſcopatu à Theodone III. Duce Bav. erectus, *primo* Præſule Ehrenfrido a. 598. *Modernus Epiſc. Paſſav.* Joſephus Dominicus è Comitibus de Lamberg nat. 1680. Epiſcopus Seccovienſ. 1713. Paſſav. 1723. poſt Raymundum Ferdinandum Comitem de Rabatta 1722. mortuum.

## *Epiſcopus* Ratisbonenſis.

*Origo*, juxta alios à ſæculo V. *primo* Epiſcopo S. Paulino ad 470. juxta alios à ſæculo VIII. D. Bonifacio aut Conditore, aut Inſtauratore circa a. 740. qui S. Garibaldum inſtituit. *Modernus Epiſc. Ratis.* Joannes Theodorus elect. 1723. poſt mortem Patrui Joſephi Clementis. *vid. Epiſcop. Friſing.*

*Epi-*

## *Epiſcopus* Spirenſis.

*Origo* à ſæculo IV. quô Jeſſius aut Theſſis præfuiſſe & Concilio Colonienſi 398. interfuiſſe perhibetur. Sæculo V. Epiſcopatus ab Arianis penitus oppreſſus, à Dagoberto I. Rege Franc. rurſus inſtauratus eſt. *Modernus Epiſc. Spirenſ.* Damianus Hugo Philippus è Com. de Schönborn-Puchheim nat. 1676. Card. 1715. Epiſcop. Spirenſ. 1719. poſt Joannem Hugonem Electorem Trevirenſem, ſimul Coadjutor Conſtant. ab 1722.

## *Epiſcopus* Tridentinus.

*Origo* à ſæculo I. Epiſcopatus ex Germaniæ antiquiſſimis à D. Hermagora S. Marci Diſcipulo, & Epiſcopo Aquilejenſi 45. circiter annis poſt aſcenſionem Chriſti fundatus, *primo* dato Epiſcopo Jovino. Epiſcopus, etſi inter immediatos Imperij ſtatus numeretur, ab Auſtriaca tamen Domo certa ratione dependet. *Modernus Epiſcop. Trid.* Antonius Dominicus è Comit. Wolckenſtein, Elect. 1725. poſt Joannem Benedictum Gentilotum, antea Auditorem Rotæ Romanum, Electum Epiſcopum Trid. 1721. ſed eodem annô Romæ mortuum.

## *Epiſcopus* Wormatienſis.

*Origo* à ſæculo IV. ſedes olim *Archi-Epiſcopali* dignitate inclyta fuiſſe perhibetur *primo Præſule* Victore a. 349. uſque ad Gervilium,

lium, qui ob ſævitiam vindicatæ paternæ cædis Archi-Epiſcopi dignitate excidiſſe dicitur, à Pipino Moguntiam translata. Inde anguſti Diæceſi limites, ut Epiſcopus vulgò *pauperrimus* audiat. *Modernus Epiſc. Wormat.* Franciſcus Ludov. Palat. Rheni Electus 1694. poſt mortem Fratris Ludovici Antonij. *vid. Elect. Mogunt.*

## §. III.

### *De Magiſtris Sac. Equeſtris militiæ per Germaniam.*

### *M. Magiſter* Ordinis Teutonici.

ORigo. Ordo hic olim *Hoſpitalis S. Mariæ Hieroſolymitanæ*, & à crucis teſſera *crucigerorum*, dictus, Hieroſolymis ſæculô XI. exortus, *primo* Magiſtro Henrico Waltpodio: dein a Cæleſtino III. Pontif. 1192. confirmatus, in Germaniam Magiſtro Hermanno de Salza circa a. 1229. translatus eſt. Cùm verò, *Crucigeri*, *Enſiferorum Equitum* Ordini conjuncti, Pruſſiæ, & Livoniæ impotentiùs dominarentur, à vicinis Principibus, præcipuè à Polonis in Pruſſia cruentô prælió ad Danebergam 1410. & in Livonia ob atrocia diſſidia inter Guilielmum Fürſtenbergium Magiſtrum Provincialem, & Guilielmum Archi-Epiſcop. Rigenſem, multatus, & meliore ditionum parte exutus

tus ad hodiernum ſtatum, & bona ſolùm, quæ in Imperio ſparſim poſſidet, hic Ordo redactus eſt. Dividitur in 11. Ballivias: *Alſaticam*, *Auſtriacam*, *Atheſinam*, ſive *Tyrolenſem*, *Confluentinam*, *Franconicam*, *Juncetanam*, ſive *Bieſenſem*, *Weſtphalicam*, *Lotharingicam*, *Haſſiacam*, *Thuringicam*, & *Saxonicam*, quæ ab Archi-Commendatoribus, vulgò *Provincialibus* (*Land-Commenthur*) dictis, adminiſtrantur, qui à Conſiliariis (*Rathsgebietiger*) electi, a M. Magiſtro approbantur. M. Magiſter Ordinis à Capitulo, ex Archi-Commendatoribus & Conſiliariis compoſito, legitur, pulcherrimis ritibus inauguratur, & primum poſt Archi-Epiſcopos ſubſellium obtinet. Sedem habet Mergentheimij ad Tubarim. Nulli patet in Ordinem aditus, niſi à ſedecim progenitoribus paternam æquè ac maternam proſapiam legitimè probârit. *Modernus ſupremus Magiſt.* Franciſcus Ludov. Palat. Rheni Elect. 1694. poſt mortem Fratris Ludovici Antonij. *vid. Elect. Mogunt.*

## *M. Magiſter* Ordinis Johannitici *per Germaniam*, *ſeu Prior Germaniæ.*

*Origo.* Ordo *S. Joannis Bapt. Hieroſolymitanus*, hodie *Melitenſis*, Natales ſuos ad a. 1104. refert, *primo* M. Magiſtro B. Ger-

ar-

ardo, curatore inſignis hoſpitalis S. Joannis Bapt. qui Equitibus primam regulam tradidit. A. 1308. Rhodum occupavit, inde 1522. à Turcis pulſus, Caroli V. beneficiô 1530. Melitam inductus eſt. Octo *linguis*, ſeu *Conſiliis nationalibus*, in *Prioratus* ſuos rurſum diviſis, diſtinguitur; ſeptima *Germanica* caput habet *Magnum Ballivium* dictum, cui quatuor Prioratus: *Germanicus*, *Bohemicus*, *Ungaricus*, *Danicus*, & *Bajulagium Brandeburgicum* ſubſunt. *Ungarici* ac *Danici* ſolus titulus ſupereſt. *Bajulagij* Brandeburgici (*Magiſtri Domini*) Ballivium ponendi jus Electores Brandeburgici, contradicente ordine, ſibi arrogârunt. Prioratus *Bohemicus*, Huſſiticô aliiſque bellis multùm labefactatus, Cæſarum operâ reſtitutus eſt, ad eum ſolis Bohemis, Sileſiis, Auſtriacis & Tyrolenſibus aditus patet. *Germanicus* per inveſtituram Cæſaream ſuprema ac baſsâ, ut vocant, jurisdictione in bona & terras ordinis pollet, proximus ab Abbate Fuldenſi ſententiam dicit, Pontifici, Cæſari, & Magiſtro Melitenſi ſubjectus. Sedes ejus Heidersheimij in Brisgoja. *Modernus Magiſter Ord. per Germaniam*: Philippus Guilielmus Comes à Neſſelrod & Reichenſtein nat. 1677. Elect. 1728. poſt Goswinum Hermannum Ottonem Baronem de Meerveldc 1727. mortuum.

## §. IV.

### *Series Abbatum S. R. I.*

ABbates, qui *Principali* dignitate eminent, & *viritim* in Comitiis ſententiam dicunt (poſt *Hirſchfeldenſem* Abbatiam inſtrumentô pacis Oſnabrugenſis in ſæcularem Principatum converſam, & Landgraviô Haſſo-Caſſellano feudi Imperialis nomine conceſſam) decem hoc ordine numerantur: *Fuldenſis*, *Campidunenſis*, *Elwacenſis*, *Murbacenſis*, *Ludrenſis*, *Berchtolsgadenſis*, *Weiſſenburgenſis*, *Prumienſis*, *Stabulenſis*, & *Corbejenſis*.

### *Præpoſitus* Berchtolsgadenſis.

*Origo* Præpoſituræ Canon. Reg. S. Auguſtini a. 1108. Fundatoribus Beringero, & Cunone Fratribus Comitibus *Sulzbachiis*, nec non Irmengarda eorum matre. *Modernus Præpoſ. Bercht.* Julius Henricus Baro de Reling Elect. 1724. poſt Joſephum Clementem Bavarum 1723. mortuum.

### *Abbas* Campidunenſis *ex 4. S. R. I. Abbatibus.*

*Origo* Cœnobij Ord. S. Bened. ab a. 777. quod ſuſtentandis Nobilibus Germaniæ viris Hildegardis, Caroli M. conjux, fundavit *primo* Abbate Andelgario, Caroli M. Agnato, qui 773. Romæ ab Adriano Pontifice

in-

inauguratus inſigne privilegium obtinuit, quô Campidunum *alteram Romam* compellatum omni Epiſcopo exemptum eſſe ſtatuit. Abbas 1380. Princeps creatus eſt. Monachi omnes nobiles. *Modernus Abb. Campid.* Anſelmus Reichelius Baro de Weldenburg Elect. 1728. poſt mortem Ruperti Bodmanni.

## *Abbas* Corbejenſis.

*Origo* Abbatiæ Ord. S. Bened. ab a. 822. à Ludovico *Pio*, ejúsque conjuge Juditha excitatæ, ſuadente Adelhardo Abbate Corbejæ Gallicæ, unde nomen *Corbejæ* novo cœnobio inditum. *Modernus Abb. Corbej.* Carolus de Plittersdorff Elect. 1721. poſt mortem Maximiliani de Horrich.

## *Præpoſitus, antea Abbas* Elvangenſis.

*Origo* Cœnobij Ord. S. Bened. a. 764. Fundatoribus Hariolpho & Erolpho fratribus, & Epiſcopis Lingonenſibus in Gallia. Anno 1460. ſub Abbate Joanne Hirnheimio in Præpoſituram mutatum, Monachíque in Canonicos verſi. Jam inde ab Henrici II. Imperat. ævô *Principali* dignitate eminuit. *Modernus Præpoſ. Elvang.* Franciſcus Ludov. Palat. Rheni Electus 1694. poſt mortem fratris Ludovici. *vid. Elect. Mog.*

## *Abbas* Fuldenſis *ex 4. Abbatibus S. R. I.*

*Origo* Abbatiæ Ord. D. Bened. a. 744. à S. Bonifacio, ſumptibus Carolomanni & Pipini Regg. Franc. conditæ. Abbas eſt unus ex quatuor Imperij Abbatibus, qui ad pedes Cæſaris conſident, omnium Princeps, ſoli Romanæ ſedi ſubjectus, & *Romanæ Imperatricis Archi-Cancellarius.* Inde de Primatu ſedendi magnæ lites cum *Hildeſienſi* 1063. cum *Magdeburgenſi* 1133. ipſo Imperatore Judice, & *Fuldenſi* Abbate, favore Imperatricis, victore. *Modernus Abbas:* Adolphus è Baron. de Dalberg nat. 1678. Elect. 1726. poſt mortem Conſtantini Buttleri.

## *Abbas* Luderenſis *&* Murbacenſis *ex 4. S. R. I. Abbatibus.*

*Origo* utriúsque Abbatiæ Ord. S. Bened. à ſæculo VIII. *Murbacenſis* ad S. Epiſcopi Pirminij preces ab Eberhardo Sueviæ & Alſatiæ Duce 724. condita. *Luderenſis* ſumptibus Berchtildis Reginæ ædificata, à Clotario Rege locupletata, deinceps Murbacenſi inſerta eſt. *Modernus Abb. Ludr. & Murb.* Cæleſtinus Baro de Beroldingen in Gundelhart nat. 1673. Elect. 1720. poſt obitum Philippi Eberhardi Comitis de Löwenſtein-Wertheim.

*Ab-*

## *Abbas* Prumienſis.

*Origo.* Abbatia Ord. S. Bened. à Pipino Rege Franc. fundata, à Carolo M. abſoluta, & à Lothario Imperat. poſt abdicationem Imperij hìc Monacho nobilitata, ab a. 1576. extinctô Chriſtophoro Manderſcheidio Abbatum ultimo, Trevirenſi Archi-Epiſcopatui conjuncta eſt. *vid. Elect. Trev.*

## *Abbas* Stabulenſis.

*Origo* Abbatiæ Ord. D. Bened. ab a. 657. quô à Sigeberto Rege Auſtraſiæ hortante S. Remaclo Epiſcopo Trajectenſi, *primo* dein Abbate fundata eſt. Anno 1576. Epiſcopi Leodienſis Abbatiæ adminiſtrationem ſuſcepêre, dein Argentinenſis, tum Oſnabrugenſis. *Modernus Abb. Stab.* Joannes Erneſtus è Com. de Löwenſtein-Wertheim nat. 1667. prius Epiſcop. Tornacenſis, Elect. 1715. poſt Franciſcum Joſephum *Lotharingum* 1715. mortuum.

## *Abbas nunc Præpoſitus* Weiſſenburgenſis *olim ex 4. S. R. I. Abbatibus.*

*Origo* Abbatiæ Ord. S. Bened. a. 629. à Dagoberto Rege Franciæ inſtitutæ, à Carolo IV. Imperat. *Principali* dignitate ornatæ. Anno 1526. ſub Rudigero *Piſcatore* in ſæcularem *Præpoſituram* mutata, & *Spirenſi*

Epiſcopatui annuente Carolo V. & Paulo III. Pontif. inſerta eſt. *vid. Epiſc. Spir.*

* * *

## *De quibusdam Archi-Epiſcopis & Epiſcopis Germaniæ, qui Principis quidem titulum, non tamen locum & ſuffragium in Comitiis Imperialibus obtinent.*

### *Archi-Epiſcopus* Viennenſis.

ORigo ſæculô XV. Epiſcopatus nulli Archi-Epiſcopatui ſubjectus, a Friderico IV. Imperat. fundatus eſt, *primo* Epiſcopo Leone a Spaur 1480. deſignatô. Mortuô 1630. Cleſſelio (ſimul S. R. E. Cardinali) Antonius Abbas Cremifanenſis, ejus ſucceſſor, primus Principis titulô à Ferdinando II. Imperat. honeſtatus. Tandem 1722. ſedes, curante Aug. Cæſ. Carolo VI. ab Innoc. XIII. Pontif. in Archi-Epiſcopalem dignitatem evecta, *primum Archi-Præſulem* obtinuit *modernum Archi-Epiſc. Viennenſ.* qui eſt: Sigismundus è Com. de Kollonitſch, primùm Epiſc. Scutarienſ. dein Vacienſis 1709. Viennenſis 1710. poſt Franciſcum è Baronibus de Rumel. Archi-Epiſc. Viennenſ. 1. Jun. 1722. obtentô 20. Jan. 1723. Palliô, Cardinal. ab 1727.

*Ar-*

## *Archi-Epiſcopus* Pragenſis.

*Origo* circa finem ſæculi X. *primo* Præſule Ditmaro, à Roberto Archi-Epiſcopo Moguntino, ad preces Boleslai *Pij* Duc. Boh. & annuentibus Pontifice, & S. Wolfgango Epiſcop. Ratisb. ( ad cujus diœceſim tum Bohemia ſpectabat ) creatô. *Primus Archi-Epiſcopus* Erneſtus de Bardubicz 1343. à Clemente VI. dictus, cui Regis Bohemiæ coronandi jus ( priùs Moguntino proprium ) collatum eſt. Archi-Præſul eſt Primas Regni Bohemiæ, perpetuus Legatus natus in adſitis regionibus, cruce argentea, ac nigrô latô pileô, ab Urbano V. Pontif. 1365. ornatus. *Principis* titulus à Carolo IV. Imperat. 1350. datus & confirmatus eſt. *Modernus Archi-Epiſc. Prag.* Franciſcus Ferdinandus è Com. de Küenburg nat. 5. Febr. 1649. Epiſcop. Labac. 1704. Cæſareus Legatus in Luſitaniam 1709. Archi-Epiſcopus Pragenſis ab 1713.

## *Epiſcopus* Chiemſeenſis.

*Origo* ab a. 1200. Fundatore Eberhardo II. de Truchſen Archiepiſcopo Salisburg. *primò* Epiſcopô Rudigero de Radech 1215. inſtitutô. *Modernus Epiſcop. Chiemſ.* Joſephus Franc. Valerianus è Com. de Arco nat. 12. Sept. 1686. Epiſcop. Chiemſ. 1730. poſt obitum Caroli Joſephi è Com. de Küenburg.

## *Epiſcopus* Gurcenſis.

*Origo* ab a. 1073. Fundatore Gebhardo Com. ab Helffenſtein Archi-Epiſcopo Salisburg. qui ex monaſterio Virginum Ord. D. Bened. ab Henrica Comitiſſa Frieſacenſi fundato, Cathedralem ſedem inſtituit, *primúmque* Epiſcopum Guntherum eodem anno nominavit. *Modernus Epiſcop. Gurcenſ.* Jacobus Max. è Com. de Thun nat. 23. Jul. 1687. fit Epiſcop. Gurc. 1709. poſt Ottonem è Franconia 1708. defunctum.

## *Epiſcopus* Labacenſis.

*Origo* (ut *Schönleben* autumat) jam uſque ab a. 70. Epiſcopatu Æmonæ erecto eo tempore, quo Hermagoræ Aquilejenſis Præſulis diſcipuli per vicinas oras Chriſtianam legem propagârunt. Sed certiùs *Origo* in a. 1461. rejicitur, quo teſte *Bucelino* ad preces Friderici III. (aliis V.) Imperat. à Pio II. Pontif. Epiſcopalis ſedes erecta fuit *primo* Epiſcopo Sigismundo è Com. de Lamberg. dein a. 1462. ab omni jurisdictione tum Patriarchæ Aquilejenſis, tum Archi-Epiſcopi Salisb. immuni declarato. *Modernus Epiſc. Labac.* Sigismundus Felix è Com. de Schrattenbach, nat. 10. Jan. 1679. Epiſcop. Labac. 1727. poſt mortem Guilielmi Com. à Leslie.

## *Epiſcopus* Lavantinus.

*Origo* ſæculo XIII. Conditore Eberhardo II. Salisburgenſ. Archi-Epiſcopo 1226. *Primo* Epiſcopo Udalrico. Epiſcopatus priori ſæculo S. R. I. Principis titulô ornatus. *Modernus Epiſcop. Lavant.* Oſwaldus è Comit. ab Attembs nat. 6. Jan. 1679. Epiſcop. Lavant. 1723. poſt Leopoldum Antonium Eleutherium eodem annô Seccovienſis diœceſeos Præſulem, nunc Archi-Epiſcopum Salisburgenſem.

## *Epiſcopus* Litomericenſis.

*Origo* ab 1655. Alexandro VII. Epiſcopalem dignitatem conferente. *Modernus Epiſcop. Litomericenſ.* Joannes è Com. Vratislavienſibus de Mitrowitz, prius Epiſcopus Reginohradecienſis, fit Epiſcopus Litomericenſ. 1721.

## *Epiſcopus* Loſannenſis.

*Origo* a. circiter 500. *primo* Epiſcopo Prothaſio. Epiſcopi Loſannenſes primùm Præſules *Aventicorum* nominati, donec *Loſannam* translati ſunt. Verùm diſtrictu Bernenſi Lutheranâ lue infecto, Epiſcopi ſedes *Friburgum* translata eſt. *Modernus Epiſcop. Loſannenſ.* Claudius Antonius Dudingius, electus 1719.

## *Epiſcopus* Neoſtadienſis.

*Origo* a. 1470. Fundatore Friderico V. Imperat. & Conſentiente Paulo II. Pontif. *Modernus Epiſcop. Neoſtadienſ.* Joannes Mauritius Guſtavus è Comit. de Manderſcheid-Blanckenheim nat. 12. Jun. 1676. electus 1722. quô annô Epiſcopatus, antea ſoli Pontifici ſubjectus, Archi-Epiſcopo Viennenſi ſubjectus eſt.

## *Epiſcopus* Olomucenſis.

*Origo.* Sæculo VIII. *Moravica* Eccleſia, tunc orta, Arnoni Archiepiſcopo Saliſb. promovente Carolo M. & Adriano I. Pontif. approbante commendata fuit. Anno 862. SS. Cyrillo & Methodio Moraviam ingreſſis, ac fundato Welehradenſi Archiepiſcopàtu (poſt mortem D. Methodij rurſus deletô) Methodius Eccleſiæ Moravicæ præfuit, poſt quem varias viciſſitudines paſſa, jam Joanni Podivienſi, totius Moraviæ Præſuli, jam Paſſavienſibus aut Ratisbonenſibus Epiſcopis paruit, donec S. Adalberto Pragenſi Archiepiſcopo ſubjecta, atque ad Severi Præſulis ætatem eidem Eccleſiæ juncta perſtitit, ſub quo, Wratislai Regis operâ, Alexandro II. Pontif. annuente Moravis antiquus Epiſcopatus redditus, *primo* ſeorſim Antiſtite Andrea 1091. inaugurato. Anno 1365. Epiſcopus Joannes de

de Novo foro, ejúſque ſucceſſores à Carolo IV. Imperat. *Regij ſacelli Comites*, & *Principes* dicti ſunt. *Modernus Epiſcop. Olomuc.* Wolffgangus Hannibal è Com. de Schrattenbach nat. 12. Sept. 1660. Elect. 1711. Cardinalis ab 1712.

## *Epiſcopus* Reginohradecienſis.

*Origo* ab 1664. quò ab Alexandro VII. Epiſcopalis ſedes Reginohradecij collocata eſt *primo* Epiſcopo incerto. *Modernus Epiſcopus Reginohradecienſ.* Wenceslaus Franciſcus Carol. Koſchinsky è Baron. à Koſchin, electus 1721. conſecratus 1722.

## *Epiſcopus* Seccovienſis.

*Origo.* Sæculo XIII. Eberhardo II. Archi-Epiſcopo Salisburgenſ. a. 1219. fundatore, & approbante Honorio III. Pontif. *primus Epiſcop.* Carolus ex Præpoſito Frieſacenſi 1220. conſtitutus. *Modernus Epiſcop. Seccov.* Jacobus Erneſtus è Comitibus de Lichtenſtein nat. 27. Sept. 1692. ſuccedit 1727. Leopoldo Antonio Eleutherio Baroni de Firmian in Salisburgenſem Archi-Epiſcopatum evectô 1727.

## *Epiſcopus* Sedunenſis.

*Origo* à ſæculo IV. S. Theodoro *primo Epiſcopo* Sedunenſi, tunc *Octodurenſi* dicto, qui Concilio Aquilejenſi a. 381. interfuit. Epiſcopus eſt Comes & Præfectus Valliæ.

*Modernus Epiſcop. Sedun.* Franciſcus Joſephus è familia *ſuper Saxo* nat. 1665. Elect. 1701.

## *Epiſcopus* Tergeſtinus.

*Origo* ſub a. Chriſti 46. fundatore S. Hermagora Aquilejæ Præſule; *primi* tamen Præſulis nomen ignoratur. Circa a. 946. Joannes Epiſcop. inclaruit, cui Lotharius Rex Tergeſtum contulit; 1500. Petrus Pronomus Tergeſtinus, priùs Ferdinandi I. Imperat. Cancellarius, ab eodem Imperat. primus titulum *Principis* conſecutus eſt. *Modernus Epiſcop. Tergeſtin.* Lucas Baro del Meſtri fit Epiſc. 1724.

## *Epiſcopus* Vratislavienſis.

*Origo.* Sæculô X. Epiſcopalis ſedes primùm Sinogoræ, exiguô nunc vicô, Authore Miecislao I. Poloniæ Duce ac *primo* Epiſcopo Godefrido, Sileſiæ Apoſtolo 970. condita. Sub Leonardo dein quinto Præſule *Bicinum*, ac demum 1052. Caſimiro Poloniæ Duce, ac Hieronymo Præſule *Vratislaviam* translata, ac ab omni Archi-Epiſcopali jurisdictione (antea Gneſnenſi in Polonia Metropolitæ ſubjecta) exempta eſt, Epiſcopo Vratislavienſi ſimul Principe Niſſenſi. *Modernus Epiſc. Vratislav.* Franciſcus Ludovicus, Palatin. Rheni, Epiſcop. Vratislavienſ. 1683. *vide tit. Elect. Mogunt.*

CA-

# CAPUT VIII.

## SERIES PRINCIPUM SÆCULARIUM S. R. I.

### *Principes* Anhaltini.

ORigo ex familia *Aſcania*, Parente Ottone *Divite* Comite Aſcaniæ, cujus Pronepotes Albertus *Electorum Sax:* & *Saxo-Lauenburgicorum* : Henricus *Pinguis* ( à Friderico II. Imperat. 1218. primus Princeps creatus ) *Anhaltinorum* author eſt. Ejus filij Bernhardus *Bernburgicam*, Sigefridus *Serveſtanam*, & Trinepos Albertus *Claudus Cœthanam* veteres lineas condiderunt. Extinctâ *Bernburgicâ* 1468. & *Cœthanâ* 1526. Joachimus Erneſtus *Serveſtanæ* lineæ, nonus ab Henrico, ſtirpem propagavit, & collectis rurſum Anhaltinorum ditionibus felix Princeps m. 1586. Ejus 5. filij Joannes Georgius *Deſſavienſem*, Chriſtianus *Bernburgenſem* ( ex quo *Hazgerodenſis*, & *Hoymenſis*) Auguſtus *Plözkavienſem*, Rudolphus *Serveſtanum*, hodiedum florentes, & Ludovicus *Cœthanum* palmitem ( 1666. emortuum ) proſeminârunt.

Ex *Deſſavienſi modern. Princeps* Leopoldus, Generalis Reg. Pruſſ. & commendans Ducatûs Magdeburg. nat. 1676. ſuccedit Patri Joanni Georg. 1693. *Conj.* Anna Ludo-

dovica de Föſen nat. 1677. deſp. 1698. in Principem evecta 1701. *Filij:* 1. Wilhelmus Guſtav. Hæredit. Princ. nat. 1699. 2. Leopoldus Max. 3. Dietricus. 4. Frid. Henr. 5. Mauritius, Generales & Officiales Pruſſici. *Filiæ* Ludovica, uxor Victoris Frid. Ducis Anhaltino-Bernburg. & 3. aliæ. *Sorores:* 1. Maria Eleonora nat. 1671. vidua Georgij Joſ. Princip. de Radzivil ab 1689. 2. Joanna Carolina nat. 1682. vidua Philippi Wilh. March. Brandeb. ab 1711.

Ex *Berburgenſi Illuſtriores:* Chriſtianus I. Dux copiarum Frid. V. Palatini m. 1630. Fridericus F. *Hazgerodenſis* lineæ 1709. extinctæ Conditor. Victor Amadeus à 62. annorum pacatô guberniô felix m. 1658. (Ejus Filius Carolus Frid. ſucceſſor, alter Lebrechtius *Hoymenſis* palmitis Sator, ex quo Victor Adolphus Amadeus F. nat. 1693. reſidet Schaumburgi. *Conj.* Carolina Lud. Com. Iſenburgenſ. nat. 1680. deſp. 1714.) *Modernus Princeps Bernburgenſ.* Victor Frid. nat. 1700. ſuccedit Patri Carolo Frid. 1721. *Conj.* Ludovica, Leopoldi Princ. Deſſav. F. nat. 1700. deſp. 1724. *Sorores:* 1. Eliſabetha Albertina nat. 1693. uxor Guntheri Principis Schwarzburgo-Sonderhuſ. ab 1712. 2. Carolina Sophia nat. 1697. uxor Aug. Princ. Schwarzburgo-Sonderhuſ.

huſ. ab 1721. 3. Auguſta Wilhelm. nat. 1697. cœlebs.

Ex *Plöczkavienſi*, nunc *Coethano modernus Princeps* Auguſtus Ludov. nat. 1697. priùs Wamsdorffij reſidens, ſuccedit Fratri Leopoldo 1728. *Conj. II.* Chriſtiana Joanna Æmilia Erdmanni Com. Promnicenſ. F. nat. 1708. deſp. 1726. *Filiæ* tres impuberes. *Soror* Chriſtiana Carolina nat. 1702. *Vidua* fratris Leopoldi, Carolina Frid. Friderici Wilhelm. Ducis Naſſovio-Siegenſis F. nat. 1702. vidua ab 1728.

Ex *Serveſtano (Zerbſt.) modern. Princ.* Joannes Auguſtus nat. 1677. ſuccedit Patri Carolo Wilhelmo 1718. *Conj. II.* Hedwiges Frid. Friderici Ducis Würtemberg. Weiltingenſ. F. nat. 1691. deſp. 1715. *Soror* Magd. Aug. nat. 1679. uxor Friderici regnantis Duc. Saxo-Gothani ab 1696. *Patruelis* Joan. Ludov. in Dornburg nat. 1688. Locumtenens Provinciæ Jeverenſis, deſp. 1727. Joannæ Eliſab. Chriſtiani Aug. Holſato-Eutynenſ. filiæ.

## *Principes & Duces* Arembergici.

*Origo* Arembergâ ſeu *Arburgô* Dynaſtia Ripuariæ, nunc Eyfliæ, quæ à Mechtilde, Joannis Arembergici poſtremi Dynaſtæ filia, Engelberto Com. *Marcano* 1298. nupta in mariti familiam, dein poſt 2. circiter ſæ-

ſæcula per Margaritam Roberti improlis ſororem ad Joannem *Lignium* Barbanſoniæ Dominum delapſa eſt, in cujus poſteris etiamnum hæret. Ex his Joannes & Guilielmus, noni à Theodorico primo Barone de Ligne, ille *Ligniacenſem*, hic *Barbanſoniam* lineam cæperunt.

Ex *Ligneacenſi Illuſtriores:* Joannes Eques aurei velleris 1481. Antonius F. à Carolo V. Comes 1549. Lamoraldus Antonij Pronepos Princeps 1602. creatus. Claudius Lamoraldus Prorex Siciliæ, & Produx Mediolan. Magnas Hiſp. *Modernus Princ.* Claudius primus Par Flandriæ, Eques aurei velleris nat. 1683. *Conj. II.* Eliſabetha Alexandrina Ludov. Ottonis Princ. Salmenſ. F. deſponſ. 1721. Ex qua duo Filij: 1721, & 1728. nati ſunt. *Fratres:* Ferdinandus nat. 1685. Cæſ. General. in Belgio. Albertus & Henricus.

Ex *Barbanſonia Illuſtriores:* Joannes, Guilielmi Lineæ hujus Authoris, ex Ludovico filio Nepos, uxoris Margarethæ jure ditionem ac nomen *Arembergæ* obtinuit, à Maximiliano II. Princeps dictus, Comitatu Arembergico Matriculæ Imperij & circulo *Rhen. infer.* inſerto. Ejus filij ſtirpem in duos ramos Carolus in *Arembergicum*, & Robertus in *Barbanſonium* diduxerunt, *Barbanſonius* in Octavio Ignatio 1693. exaruit,

ruit, cujus duæ Filiæ ſuperſunt: 1. Maria Hæres Barbanſonia nat. 1673. ter vidua. 2. Emanuela nat. 1675. *Arembergicus* in Caroli (qui per Connubium Annæ de Croy Ducatu Arſcotano, Princip. Cimacenſi, & Comit. Bellomontio ditiones auxit) Filiis, Joannis Nepotibus, Philippo & Alexandro iterum in duos palmites *Arembergicum* ſeu *Arſcotanum*, & *Cimacenſem* (*Chimay*) diviſus eſt.

1. Ex *Arembergico* ſeu *Arſcotano Illuſtriores:* Philippus Franciſcus cum univerſa Familia *Arembergica* 1644. à Ferdinando III. ad Ducalem dignitatem evectus. *Modernus Dux* Leopoldus nat. 14. Oct. 1690. Magnas Hiſp. Eques aurei velleris. *Conj.* Ludovica Caroli Princ. Biſignanenſis F. deſponſ. 1711. Ex qua Filius 1721. & 4. Filiæ genitæ ſunt. *Soror* Maria Anna primùm deſponſ. 1707. Franciſco Egoni Com. Alverniæ, & Marchioni *Bercizomæ*, *Bergenop-Zoom.* (Ex quo Mariam Annam hæredem Bercizomenſem, nunc viduam Joannis Chriſtiani Palat. Sulzbacenſ. ſuſcepit) nunc uxor Marchionis Mezij ex Gallia.

2. Ex *Cimacenſi modernus Princeps:* Carolus Ludov. Anton. ab 1688. *Conj. II.* Carolina Ludov. Duc. S. Simonis F. deſp. 1722. *Fratres:* 1. Thomas Philipp. de Alſatia Boſſu nat. 1680. Archi-Epiſ. Mechlinienſ.

mienſ. ab 1714. Cardinal. ab 1719. 2. Alexander Gabriel Marchio de la Vere Cæſ. Mareſchall. 3. Joan. Franc. Joſeph. & 4. Joachim. Joſeph. *Sorores* Anna Erneſtina, & Maria Thereſia.

## *Principes* Auerſpergici.

*Origo* è Carniolia (ubi *hæredit. Mareſchalli & Camerarij*) & vetere Gentilitio caſtro, a cujus ruderibus aliud circa a. 1067. condiderunt Adolphus II. Conradus I. & Pilgrinus I. Auerſpergici Fratres. *Bucelinus* à Joanne Dynaſta ab Auerſperg, qui circa 1027. claruit, ſtemma orditur. *Illuſtriores:* Theobaldus, à Joanne undecimus, per filios Volcardum & Engelhardum, & Nepotes Pancratium & Volcardum, *hodiernorum* Parentes, in plures lineas ſtirpem diviſit. Joannes Weihardus juventutem Ferdinandi IV. moderatus, Princeps cum primogenito, & hæredibus ejus maribus (aut his deficientibus, aliis ex ipſius gentilibus) 1650. creatus, & coëmpto Comitatu *Thengenſi* in Suevia ſito, in ſenaculo Principum collocatus eſt 1664. Ducatu inſuper *Münſterbergenſi* & *Franckenſteinenſi* in Sileſia, & Caſtro *Welſenſi* in ſup. Auſtr. ab eodem donatus; ſed amiſſâ dein Leopoldi Imperat. gratiâ, privatus m. 1677. Ejus Nepos *modernus Princ.* Henricus Joſeph. nat. 1696. ſuc-

ſuccedit Patri Franciſco Carolo 1713. *Conj. II.* Maria Chriſtina Joan. Leopoldi Princ. de Trautſon F. deſp. 1726. *Mater:* Maria Thereſia Caroli Ferdinandi Com. de Rappach F. vidua ab 1713. Imperatricis Regnant. ſuprem. aulæ Præfecta. *Liberi:* Carolus Joſeph. Joann. Adamus, Maria Thereſia, & Joan. Adamus.

## *Principes* Dietrichſteinij.

*Origo* è Carinthia è ſtirpe Comitum de *Czeltſchach* priſcorum Carinthiæ Ducum agnata. *Bucelinus* ab Ottone II. Dom. de Dietrichſtein orditur, qui 1164. belló contra Hungaros inclaruit. Ab hoc octavo gradu deſcendens Pancratius *ſuperſtitum Dietrichſteiniorum* Parens eſt. Ejus Filij, Franciſcus, & Sigismundus, ille *Weixelſtattenſem* Comitum, hic *Hollenburgenſem* Principum lineas condiderunt. *Weixelſtattenſis* in Franciſci Filiis Sigfrido, & Leonardo in *Rabenſteinenſem*, & *Ebenauenſem: Hollenburgica* in Adamo altero Sigismundi filio in *Niclasburgenſem* ramum diviſa eſt, qui hodie florent. Ex *Hollenburgica* extinctis 1506. Oſterwiziis Sigismundus *hæredit. Pincerna Carinthiæ*, & *Baro* à Maximiliano I. Imperat. creatus, ad ejus pedes tumulatus 1533. Adamus F. lineæ *Niclasburgenſis* author, Maximiliani II. Imperat. in Hiſpan. Le-

Legatus. Franciſcus F. priùs 1698. Cardinalis, à Ferdinando II. Imperat. *primus Princeps* (quæ dignitas penes unicum hæredem ſit) creatus eſt. Ejus ex fratre Sigismundo Nepos Maximilianus in Principali dignitate ſucceſſor ſeſſionem quidem 1654. obtinuit, ſed eô pactô, ut poſteri bona Imperij comparent. Ferdinandus Joſephus F. coëmpta Dynaſtia *Traſpenſi* in Auſtria in Collegium Imperiale inducitur 1686. Ejus Filius *modernus Princeps* Waltherus Xav. Ant. nat. 18. Sept. 1664. ſucc. Fr. Leopoldo Ignatio 1708. *Conj. II.* Carolina Maximiliana Com. Georg. Chriſtoph. de Pruskowa F. nat. 1674. deſp. 1693. ex qua *Liberi* ſequentes: 1. Maria Joſeph. Antonia nat. 1694. deſp. 1717. Com. Stephano Wilhelmo de Kinsky. 2. Carolus Franc. Comes nat. 1697. deſp. 1725. Mariæ Annæ Joſ. Sigism. Friderici Com. de Khevenhüller filiæ, ex qua Joan. Bapt. Carolus Waltherus nat. 1728. His accedunt alij 4. filij & filiæ cœlibes. *Soror:* Erdmuth Thereſia nat. 1662. vidua Joannis Adami Andr. Principis à Liechtenſtein ab 1712.

## *Principes* Eggenbergici.

*Origo* familiæ è Suevia, dein in Styriam commigrantis, ubi obtentô caſtrô *Ehrenbergâ Baronum* dignitate aucta eſt. *Buceli-*

*nus*

*nus* à Bartholomæo Eggenbergero Genealogiam deducit, cujus Pronepos bellô clariſſimus obiit 1511. *Illuſtriores:* Sextus à Bartholomæo Joannes Ulricus à Ferdinando II. ad Ducatum *Crumloviæ*, & a. 1623. ad *Principis* faſtigium cum omnibus utriusque ſexûs poſteris evectus eſt. Joannes Antonius F. Cæſarea legatione Romæ ad Urbanum VIII. Pontif. ſplendidiſſimè obita, & affinitate cum Sereniſſima Domo *Brandeburgica* inclytus, ut in Principum collegium admitteretur, *Gradiſcam* Principalis Comitatûs nomine à Cæſare obtinet, introductione primùm 1654. factâ, Antoniô jam 1649. è vivis ereptô. Joannes Chriſtianus F. improlis m. 1710. cui ſuccedit Frater Sigfridus m. 1713. Joannes Ant. Joſeph. F. Capitaneus Carnioliæ m. 1716. Joannes Chriſtianus F. ſtirpis ultimus in flore ætatis m. 1717. & illuſtrem hanc Styriæ familiam tumulavit. *Ejus* 2. *Sorores ſuperſtites:* 1. Maria Eleonora nat. 1694. deſp. 1719. Joſepho Comiti à Leslie. 2. Maria Thereſia nat. 1695. deſp. 1719. Carolo Comiti à Leslie, Fratribus.

## *Principes* Friſiæ Orientalis (*Oſt-Friesland.*)

*Origo* à Capitaneis & Dominis de *Gretſiel*, ſeu *Sircſeniis* in Friſia ſæculo XV. florentiſſimis.

mis. *Illuſtriores:* Ulricus antea Rector & perpetuus Judex Friſiorum, ſciſsâ civilibus bellis orientali Friſiâ, eam Imperio inſerit, à Friderico III. Imperat. 1454. *Primus Comes Orientalis Friſiæ* creatus. Ejus Trinepos Enno Ludovicus à Ferdinando III. Imperat. cum poſteris primogenitis 1654. inter *Principes* collocatus. Eô 1660. defunctô Principis dignitas Fratri Georgio Chriſtiano, & poſteris ejus a Leopoldo I. 1662. confirmatâ. Ejus Nepos *modernus Princ.* Georgius Albertus nat. 1690. *Conj. II.* Sophia Carolina Chriſtiani Henrici March. Brand. Culmbac. F. nat. 1707. deſp. 1723. *Filius* ex prima conjuge Chriſtina Naſſovia 1723. mortua: Carolus Edzardus nat. 1716. *Sorores:* 1. Maria Carolina vidua Frid. Ulrici Com. Friſiæ Orient. ab 1710. 2. Juliana Lud. vidua Joan. Frid. Duc. Holſato-Plönenſis ab 1722. 3. Chriſtina Sophia. 4. Friderica Wilhelmina. 5. Chriſtina Carolina cœlibes.

## *Principes* Fürſtenbergici.

*Origo* ab Egone *Agilolfingici* generis Heroe 1670. ſuperſtite. *Illuſtriores:* Fridericus per uxorem Annam Comitatum *Heiligenbergenſem*, & magnam partem *Werdenbergici* adeptus, communis omnium *modernorum Fürſtenbergicorum* conditor eſt.

m.

m. 1554. ab ejus Filiis Chriſtiano *Blombergica Comitum*, *nunc Principum:* à Joachimo *Werdenbergica* aut *Heiligenbergica* Principum lineæ deſcendunt. *Heiligenbergenſis* 1716. exaruit: *Blombergica* rurſum in Chriſtophori II. filiis Vratislao in *Möskirchenſem*, & in Friderico Rudolpho in *Stulingenſem* palmitem, hodiedum florentes, diducta eſt.

Ex *Heiligenbergenſi Illuſtriores:* Fridericus Joachimi F. gratiâ ac dignitate in aula Mathiæ Imperat. floruit, per conjugem Annam ditione *Weitrenſi* in Auſtria ditatus. Hermannus Ego Nepos, una cum tribus fratribus *Principis* titulô à Leopoldo Imperat. 1664. decoratus. Antonius Ego F. Locumtenens Saxoniæ, lineæ hujus ultimus ſine hærede maſculo m. 1716. ditione & Principis nomine ad ſeniorem utriusque *Möskirchenſis* & *Stulingenſis* lineæ devolutis.

Ex *Möskirchenſi Illuſtriores:* Wratislaus lineæ conditor, per conjuges *Helffenbergicas* Möskirchium, aliaque Helffenb. Comitum bona adipiſcitur. Ejus ex filio Franciſco Chriſtoph. Nepos Frobenius Ferdinandus *modernus Princ.* nat. 17. Nov. 1664. extinctâ *Heiligenbergica* lineâ Principis titulum obtinet. 1716. Cæſar. Principal. Commiſſarius in Comit. Ratisbon. ab 1725. *Conj.* Maria Thereſia Felicitas, Joannis Lud. Com.

Sulzenſis F. nat. 1671. deſp. 1690. ex qua 1714. *Filius* genitus eſt. *Vidua* fratris Caroli Egonis in prælio Fridlingenſi 1702. mortui: Maria Franciſca, Ferdinandi Wilh. Princ. à Schwarzenberg. F. nat. 1672. cui ſunt 2. filiæ cœlibes.

Ex *Stulingenſi Illuſtriores:* Frid. Rudolphus lineæ conditor, uxorio jure poſteris jus in *Stulingam* obtinet. Franc. Max. F. ejus dominium adit. Joſephus Wilhelmus ex filio Proſpero Ferdinando Nepos *modern. Princ.* nat. 11. April. 1699. extinctâ *Heiligenbergicâ* lineâ *Princeps* 1716. *Conj.* Maria Anna, Joan. Joſephi Com. de Waldſtein F. nat. 1699. deſp. 1723. *Frater:* Ludov. Ego Poſthumus nat. 1705. *Sorores* 5.

## *Principes* Hochenzollerani.

*Origo* antiquiſſimæ familiæ eadem, quæ Burggraviorum Norimb. à vetuſta arce cognomine in Suevia, Parente Thaſſilone primo Com. Zollerano a. 800. mortuo, à quo nonus Rudolphus ſtirpem per filios Fridericum in *Hohenzolleranos Comites*, per Conradum in *Burggravios Norimb.* diviſit. Ex Comitibus *Hohenzolleranis Illuſtriores:* Eittel-Fridericus IV. octavus à Conrado, ſupremus Maximil. I. Aulæ Præf. *hæreditarij Imperij Camerarij* munere ornatur. Ejus Nepos Carolus tribus Cæſaribus à Conſiliis, à Ca-

à Carolo V. Comitatu *Sigmaringenſi* & *Peringenſ.* donatur: per filios Eitel-Fridericum VI. *Hechingenſem*, & per Carolum II. *Sigmaringenſem*, hodie florentes lineas, condidit.

Ex *Hechingenſi Illuſtriores:* Joannes Georgius, Eitel-Friderici VI. F. à Ferdinando II. 1623. *Princeps* dictus, Gentilitiô caſtrô *Hohenzollerâ* in *Principalem Comitatum* mutatô. Ejus ex filio Philippo Frid. Nepos *modernus Princ.* nat. 1663. Fridericus Wilh. Principis titulum ad omnes poſteros utriusque ſexûs extendit. *Conj. II.* Maximiliana Magd. Domina de Lizau (nunc *Madame de Homburg.*) deſp. 1710. ex qua 1711. natus Eberhardus Frid. Dominus de Homburg. *Liberi* ex I. Conjuge Maria Leopoldina, Georgij Lud. Com. de Sinzendorff-Fridav. filia, 1709. mortua. 1. Frid. Lud. hæred. Princeps nat. 1688. Cæſ. Colonellus. 2. Chriſtina Eberhardina, & 3. Sophia Frid. utraque in cœnobio. *Frater:* Hermannus Frid. nat. 1665. Cæſ. Mareſchallus & Commendans Friburgi deſp. 1714. Mariæ Joſ. Thereſ. Franciſci Alb. Com. Oetting. filiæ, trium liberorum adhuc impuberum matri.

Ex *Sigmaringenſi Illuſtriores:* Joannes Caroli II. F. in *Principem* cum Patruele *Hechingenſis* lineæ evehitur. Ejus Fr. Eitel-

Fridericus Cardinalis 1621. & Epiſcopus Oſnabrug. 1623. Maximilianus I. Nepos per conjugem Mariam Claram jus in Comitatum *Montanum* poſteris aquiſivit. ( Ejus Fr. Franciſcus Ant. *Haigerlochenſis* palmitis Sator.) Joſeph. Frid. Maximiliani I. Nepos, *modernus Princ.* nat. 1702. *Conj.* Maria Franciſca Ludovica, Franciſci Alb. Com. Oetting-Spilberg. F. nat. 1703. deſp. 1722. *Mater.* Joanna Cath. Victoria, Antonij Comitis Montfort. F. vidua ab 1716. *Frater:* Franciſcus Wilh. Nic. nat. 1707. Comes *Montanus* ob Aviam Montanam, deſp. 1724. Mariæ Catharinæ Truchſeſſiæ Zeilenſi. *Soror* Maria Anna Eliſ. nat. 1708. *Patrui & Amitæ* inter Comites quærendæ.

## *Principes* Lambergici.

*Origo.* Vetuſtiſſima hæc familia ( olim *de Ritterſperg* dicta) jam circa 600. annos in Auſtria florentiſſima fuit, ſummis in Cæſarea Aula muniis perfuncta. Dein per Bavariam, Tyrolim, Styriam, Carinthiam, Carnioliam, aliásque Provincias diviſa. *Illuſtriores:* Volcardus Dynaſta, circa a. 1161. florens, à quo *Bucelinus* orditur. Hermannus circa 1260. celebris, Rudolphi I. & Alberti I. Imperat. ſupremus aulæ Mareſchallus & Alberti Archi-Ducis ſupremus Regiminis Director, cujus Pronepos Wil-

Wilhelmus II. *Junior* Toparcha per 3. filios Jacobum, Balthaſarem, & Georgium ſtirpem in varias lineas diviſit. Ex *Balthaſaris* linea, quæ hodiedum floret, celebratiſſimi ſunt: Melchior Nepos, Ferdinandi I. ſupremus Aulæ Mareſchal. Sigismundus *Baro* ex fratre Gaſpare Nepos, Pater Georgij Sigismundi, trium Cæſſ. Rudolphi II. Mathiæ, & Ferdinandi II. Aulæ Præfecti, Joannis Jacobi Epiſcopi Gurcenſis, & Caroli Archi-Epiſcopi Pragenſis. Georgij Sigismundi Filij: Joannes Max. *Auſtriacam* ſeu *Maximilianam*, & Joannes Wilh. *Bavaricam* lineam proſeverunt.. Ex *Auſtriaca* Joannes Max. Eques aurei velleris, Cæſ. Intim. Conſ. & Leopoldi I. aulæ *Præfectus*, m. 1682. Ejus filij: Joannes Philippus Epiſcop. Paſſav. Cardinalis, Cæſ. Principalis Commiſſarius Ratisbonæ, m. 1712. & Franciſcus Joſephus Eques Aur. Vel. ſuper. Auſtriæ Capitaneus, cujus Filius Leopoldus Mathias à Joſepho I. ad *Principis* dignitatem (quæ penès ſeniorem lineæ *Maximilianæ* ſit) evehitur 1707. & Landgraviatu *Leuchtenbergâ* 1708. donatus, in Principum Collegium introducitur 1709. m. 1711. *Ejus filia ſuperſtes:* Philippina Maria Anna nat. 1695. deſp. 1718. Ludovico Com. à Kevenhüller. Eidem in Principali dignitate ſucceſſit Pater Franci-

ſcus Joſ. m. 1712. huic alter Filius: Franciſcus Antonius *modernus Princeps* nat. 30. Sept. 1678. Leuchtenbergam reſtituto in Badenſi pace Bavaro 1714. reddit. *Conj. II.* Maria Aloyſia, Thomæ Aloyſij Com. ab Harrach, nunc Proregis Neap. Filia nat. 1702. deſp. 1721. *Fratres:* 1. Joſephus Dominic. 1680. Epiſcopus Paſſav. ab 1723. 2. Joannes Philippus ſuprem. Venat. Magiſt. in Tyroli nat. 1684. deſp. 1707. Mariæ Joſephæ, Antonij Com. Monfortenſ. filiæ. 3. Joannes Ferd. Cæſ. Colonel. nat. 1689. 4. Franciſcus Aloyſ. Canon. Salisb. & Paſſav. nat. 1692. *Sorores* quatuor, quarum una in conjugio, 3. viduæ.

## *Principes* Liechtenſteinij.

*Origo Liechtenſteiniorum de Nicolsburg* (alij enim in Styria *hæredit. Camerarij*, & Carinthia *hæred. Mareſchalli* olim, nunc in Tyroli & Bohemia *Comitum* lineas propagant) ab Azone è gente *Eſtenſium. Ritterhuſius* à Dithmaro, ſæculo XIII. celebri, orditur. Ex ejus poſteris Joannes II. primus ex hac ſtirpe Moraviæ Capitaneus, cujus ex Fratre Henrico IV. Pronepotes: Henricus *Claudus Steyereccenſis*, & Chriſtophorus *Veldſpergenſis*, linearum (quæ in Pronepotibus iterum defecēre) & Georgius *Nicolſpurgenſis* rami Satores, qui poſtremus

etiam-

etiamnum floret. Ejus Pronepos Hartmannus IV. per binos filios: Carolum (qui à Mathia Imperat. a. 1608. *Princeps* dictus, à Ferdinando II. *Troppavienſem*, & *Jægerndorffenſem* Principatum pignoris titulô obtinuit) *Carolingiam*: per alterum Gundaccarum *Gundaccaricam* lineas fundavit. *Carolingia* in Joanne Adamo Andrea 1712. exaruit, ſuperſtite vidua Erdmuthe Thereſia, Ferdinandi Franc. Princ. de Dietrichſtein filia, & tribus filiabus, ac opulentis, ut vocant, *Majoratûs* bonis alteri lineæ adſcriptis. Ex *Gundaccarica* hodiedum ſuperſtite Gundaccarum, ejúsque filios Ferdinandus II. a. 1623. *Principum* titulô decoravit, qui 1654. ſeſſionem poſtulârunt. Antonius Florianus Gundaccari ex Hermanno filio Nepos, Caroli VI. ſupremus aulæ Præf. Magnas Hiſp. Eques aur. Vel. in collegium Principum 1712. inducitur, eo tamen pacto, ut hæredes ea ſeſſione abſtinerent, dum immediata Imperij bona poſſiderent. Ejus Filius Joſephus Joannes Adam. *modern. Princ.* evectâ à Carolo VI. 1719. in Principatum Imperij Dynaſtia *Liechtenſteinenſi*, & adjectis *Baduzenſi* & *Schellenbergico* Comitat. & Dynaſtiis votum ac ſeſſionem inter Principes obtinet. *Ejus Genealog. vid. pag.* 117.

# *Principes* Lobkowitij.

*Origo* è Bohemia, authore Domino in *Lobecz*, circa a. 861. florente, aut Joanne de *Lobkowiz* Cæſ. Wenceslai 1390. Mareſchallo, cui idem Imperat. rebellibus Dynaſtis de *Schœnburg* exauthoratis *Lobkowizium* arcem ad dies vitæ contulit, quam Nicolaus II. Nepos meritis, & ære à Sigismundo Imperat. cum *Cadenæ* Burggraviatu ſibi comparavit, unde novæ lineæ *Lobkowitia* ſeu *Haſtenſteinia* (quæ ad initium prioris ſæculi rurſus defecit) & *Popeliana*, quæ ſæculo XVI. Joanne *Popel* de Lobkowiz Conditore etiamnum floret, emerſerunt. Ex *Popeliana* Ladislaus *Popel Junior* Joannis Nepos, à Maximiliano II. Imperat. Dynaſtiam *Neoſtadienſem* ad Waldnabam, Imperio immediatè ſubditam, obtinuit. Zdenko Adalbertus F. à Ferdinando II. Imperat. 1624. cum tota Familia utriúsque ſexûs, jure etiam in poſteros propagatô, Princeps creatus eſt. Wenceslaus Euſebius F. Dynaſtia *Neoſtadienſi* in Nortgovia 1641. à Ferdinando III. & Imperij Ordinibus in Principalem Comitatum ſub nomine *Sternſtein* evecta, & circulo Bavarico adſcripta, ac comparato *Saganenſi* in Sileſia Ducatu 1654. ad ſeſſionem in Principum ſenaculū introductus eſt. Sed amiſsâ Leopoldi Imperat. gra-

tia Raudnicij, ubi exulare juſſus eſt, m. 1677. *Modernus Princ.* Philippus nat. 2. Feb. 1680. *Conj. II.* Maria Wilhelmina Ferdinand. Com. Althani F. nat. 1704. deſp. 1721. ex qua 1. Wencesl. Ferdinand. Carolus nat. 1723. 2. Ferdin. Philip. Joſeph. nat. 1724. præter duas filias 1725. & 1726. natas. *Parentis* Ferdinandi Auguſti 1715. mortui, *vidua* Maria Joanna Ludovica Ferdinand. Wilhelmi Euſebij Princ. Schwarzenberg. F. nat. 1689. *Frater:* Georgius Chriſt. Cæſ. Official. nat. 1686. deſp. 1718. Carolinæ Henricæ Com. Caroli Waldſteinenſ. Filiæ, quæ Carolum Adamum Felicem 1719. & alium 1726. genuit. *Sorores:* 1. Eleonora Amalia Magdalena nat. 1682. deſp. 1701. Adamo Franc. Princ. Schwarzenbergico. 2. Ludovica Anna Franciſca nat. 1683. Anſelmo Franc. Princ. de Thurn, & Thaſſis 1701. deſp. 3. Maria Erneſtina nat. 1714.

## *Principes* Löwenſteinij.

*Origo* à Friderico *Victorioſo* Com. Palat. Ludovici III. Elect. Palat. Filio, & Philippi Ludovici IV. filij tutore. Ejus F. Ludov. obtento à Philippo Elect. Palat. Comitatu *Löwenſteinenſi* in Suevia à Maximiliano I. Imperat. *Comes* creatus. Friderici Nepos Ludovicus Caroli Archi-Ducis in Styria Pro-

dux, uxorio nomine *Wertheimenſem*, *Rupifortium* ſeu *Rochefortium*, & *Montacutenſem* Comitatus, præter *Herbimontanam*, *Maſſepierrenſem* Dynaſtias, cum parte *Breubergenſis* adeptus eſt. Filij familiam in duas lineas, Chriſtophorus Ludovicus in *Virneburgicam* ſeu *Lutheranam*, Joan. Theodorus in *Rupifortiam*, aut *Rochefortiam* ſeu *Catholicam* diviſêre, è qua poſtrema Joannis Theodori Nepos Maximilianus Carol. 1711. à Joſepho I. Imperat. *Princeps* creatus eſt, confirmante dein Carolo VI. Auguſt. Imperat. Regn. eámque dignitatem ad totam Principis familiam utriúſque ſexûs extendente. *Modernus Princ.* Dominicus Marquardus nat. 1690. ſucc. Patri Maximiliano Carolo 1711. *Conj.* Chriſtina Franciſca Polyxena Caroli Landgrav. Haſſo-Wanfriedenſ. F. deſp. 1712. m. 1728. *Liberi:* Erneſtus Philippus Carolus nat. 1715. & 3. alij filij cum filia. *Sorores:* 1. Maria Franciſca nat. 1679. Monialis Metis. 2. Eleonora Maria Anna nat. 1688. deſp. 1704. Erneſto Leopoldo Landgrav. Haſſo-Rheinfeldenſ. 3. Maria Leopoldina nat. 1689. Com. Conradi Sigiſmundi Stahrenbergici Legati Angliæ vidua ab 1727.

Prim-

## *Principes* Mansfeldij *&* Fondi.

*Origo* à Querſurdenſibus Nobilibus, quondam Dominis *Comitatûs Mansfeldiani*, atque à Burchardo I. Mansfeldio Hoieri I. (qui 1115. claruit, & ob fidem erga Henricum V. Imperat. in pugna ad *Welphsholz* occubuit) Pronepote. Burchardus VI. ex eadem gente caſtris *Seburgo*, & *Bornſted* coëmptis, per quartæ generationis poſteros Guntherum II. & Volrathum (quorum lineæ rurſus defecêre) ac Albertum, trium linearum author. Alberti linea per filios in duos diviſa ramos Erneſto I. *ulterioris*, Alberto V. *citerioris* conditoribus. Petrus Erneſtus Alberti V. Nepos à Maximiliano I. Imperat. *Princeps* creatus, ac à Carolo V. Lucemburgi Produx, Gubernator Belgij, & armorum Dux conſtitutus, ac Carolus F. à Rudolpho II. Imperat. ſolenni ritu *Principis* dignitate auctus eſt. Ejus poſteri lineas duas, *Bornſtedenſem* ſeu *Catholicam* (quæ etiamnum floret.) & *Eislebenſem* ſeu *Lutheranam* (quæ in Joan. Georg. III. Com. Mansfeldio 1710. extincta eſt) condidêre. *Modernus Princ.* Henricus Franciſcus nat. 1712. *Sorores:* 1. Maria Antonia Eliſabetha Com. Keyſerſteinij vidua ab 1728. 2. Maria Franciſca. 3. Maria Anna. 4. Maria Eleonora nat. 1710.

## Principes Naſſovij.

*Origo* aut à *Naſſua* Suevorum Principe ( à C. J. Cæſare Præfecto Rheni ad Confluentes conſtituto ) veriùs ab Adolpho Com. *Naſſoviō* a. 703. mortuo : è cujus poſteris oriundus Otto I. Com. Naſſovius a. 973. mortuus, communis omnium linearum Parens. Ejus Nepos Otto Primus Com. Geldriæ *Geldrienſem* 1423. extinctam, Henricus *Dives* ab Ottone I. ſeptimâ generatione deſcendens, per Filios Walramum *Walramienſem* ( è qua Adolphus Naſſovius 1292. Imperator ) & Ottonem Septimum in filiis Wilhelmo *Juniore* in *Arauſionenſem* ( in Wilhelmo Henrico Angliæ Rege 1702. extinctam ) & Joannem *Seniorem* in *Dillenburgicam* diviſa eſt. *Dillenburgica* rurſus per Filios, Joannem *Medium* in *Siegenſem*, Georgium in *Dillenburgicum*, Erneſtum Caſimirum in *Dieczenſem*, & Joannem Ludovicum in *Hadamarienſem* Principum ramos diviſa eſt. *Walramienſis* per Ludovicum ab Walramo duodecimum, in Filiis Wilhelmo Ludovico in *Saarpontinum*, Joanne in *Idſteinenſem*, ac Erneſto Caſimiro in *Weilburgenſem* Comitum palmites ſeſe diviſit. *Saarpontinus* rurſus per Filios Joannem Ludovicum in *Ottwilerenſem*, per Guſtavum Adolphum in *Saarpontinam* ( quæ duæ Comitum titulum

lum gerunt) ac per Volrathum in *Uſingenſem* (quæ Principum eſt) lineas partitus eſt. Primus omnium Naſſoviorum à Ferdinando III. *Princeps* creatus eſt 1648. Joannes Ludovicus *Hadamarienſis* lineæ conditor, quæ dignitas deinde 1654. ad *Siegenſem* (in *Catholicam* & *Reformatam* ſubdiviſam) *Dillenburgicam*, ac *Dieczenſem*, & 1688. ad *Uſingenſem* lineam extenſa eſt. *Hadamarienſi* in Franc. Alexandro extinctâ quatuor reliquæ Principum lineæ ſuperſunt. Ex *Comitum* lineis ſola *Weilburgenſis* in Carolo Auguſto 1685. nato floret, *Saarpontinâ* in Carolo Ludov. 1723. *Ottwilerenſi* in Friderico Ludov. 1728. *Idſteinenſi* in Georgio Auguſto Samule (qui Principis etiam titulum 1688. aſſumpſit) 1721. extinctis.

Ex *Siegenſi Catholica primus Princ.* Joannes Mauritius *Americanus* m. 1699. *Modernus Princ.* Wilhelmus Hyacinthus nat. 1666. Principatu privatus 1708. reſtitutus 1711. degit in Hiſpania. *Conj. II.* Maria Anna Joſepha Ludov. Guſtavi Com. Hohenlohenſis F. nat. 1678. deſp. 1698.

Ex *Siegenſi Reformata primus Princ.* Wilhelmus Mauritius m. 1691. cujus Nepos *modernus Princ.* Fridericus Wilhelmus nat. 1706. ſub tutela Reg. Angliæ.

Ex *Dillenburgica primus Princ.* Ludov. Henricus Joan. *Senioris* Nepos m. 1662.

*Modernus Princ.* Chriſtianus nat. 1688. reformatæ ſectæ, ſucc. Fratri Wilhelmo 1724. mortuo. *Conj.* Iſabella Carolina Henrici Caſimiri Princ. Naſſovio-Dieczenſis F. nat. 1692. deſp. 1725.

Ex *Dieczenſi primus Princ.* Wilhelmus Fridericus Locumtenens Friſiæ. *Modernus Princ.* Wilhelmus Carolus Henricus Friſo hæredit. Locumtenens Friſiæ nat. 1711. ſub tutela Matris Mariæ Ludovicæ Caroli Landgravij Haſſo-Caſſel. Filiæ, viduæ ab 1711. *Soror* Anna Carolina nat. 1710. uxor Friderici hæredit. Principis Badenſi-Durlacenſis ab 1727.

Ex *Uſingenſi primus Princ.* Volrathus ab 1688. cujus Nepos *modernus Princ.* Carolus nat. 1712. *Mater* Carolina Amalia Henrici Princ. Naſſovio-Dillenburgenſ. Fil. vidua ab 1718. *Frater* Wilhelmus Henr. Poſthumus nat. 1718. *Sorores* Franc. Dorothea nat. 1707. & Hedwigis Henrica nat. 1714. Hujus Principis tempore Ottwilerenſis & Saarpontina ditio Uſingenſi 1728. rurſus conjuncta eſt.

## *Principes* Oettingani.

*Origo* à Grayo aut Cajo, cui Imperat. Otto M. ſororem Hedwigem a. 933. deſpondit, à quo per 23. gradus deſcendens Ludovicus XV. per binos filios familiam in

duas

duas præcipuè lineas, per Ludovicum XVI. in *Oettinganam* Principum, & Fridericum *Wallerſteiniam* Comitum (quæ rurſus in *Spielbergicum*, *Wallerſteinium*, & *Kazenſteinium* palmites diviſa eſt) diducitur. Albertus Erneſtus I. Ludovici Abnepos à Leopoldo Imperat. 1674. ad Principum faſtigium evectus eſt. Ejus F. *modernus Princ.* Albertus Erneſtus II. nat. 1669. ſucc. 1683. Commendans Philippoburgi ab 1726. *Conj.* Sophia Ludovica Ludov. VI. Landgravij Haſſo-Darmſtadienſ. F. nat. 1670. deſp. 1688. *Filia* Friderica Sophia nat. 1691. deſp. 1713. Carolo Ludov. Com. Hohenlohenſi in Weickersheim. *Soror* Chriſtina Ludovica nat. 1671. uxor Ludov. Rudolphi Duc. Brunsvico-Blanckenburgenſ. ab 1690.

## *Principes* Piccolominei.

*Origo* Senis è Tuſcia Patritij ordinis. *Illuſtriores* Æneas Sylvius Familiæ ultimus, 1458. ſub nomine Pij II. Pontifex, Laudemiæ Sororis Filium Antonium, & Antoniæ ex altera Sorore Catharina Neptis Maritum Bartholomæum adoptavit, qui *Piccolomineorum* nomen in poſteros transmiſerunt. Antonius de Aragonia per uxorem Dux Amalphitanus. Franciſcus Fr. 1503. Pius III. Pontifex. Octavius Piccolomineus Catharinæ Trinepos, Ferdinandi II. adversùs

Bo-

Bohemos Bellidux, & Ferdinandi III. in promovenda pace Weſtphalica Plenipotentiarius 1649. ab eodem Imperat. Princeps dictus, & ad jus ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis 1654. admiſſus, improlis Fratris Æneæ Nepotem Æneam hæredem inſtituit. Ejus ex Laurentio Fratre Nepos Joannes Wenceslaus *Modernus Princ.* nat. 1693. Succ. Patri 1714. *Mater* Anna Victoria Ludmilla Leopoldi Ulrici Liebſteinsky Com. de Kolowrat F. vidua ab 1714. *Fratres* 1. Octavius Æneas Joſephus nat. 1698. 2. Joan. Norbert. Wencesl. nat. 1700. uterque Cæſ. Official. *Sorores* 1. Maria Æmilia nat. 1694. 2. Ludmilla Maximiliana nat. 1703.

## *Principes* Portiani.

*Origo vetuſta* à Sicambris, *poſterior* è Foro Julio. *Illuſtriores:* Primus Armannus de Portia contra Attilamglorioſè militans, ejúsque poſteri multis caſtris præcipuè Comitatu *Cenedæ* aucti. Arcticus ſæculo XI. clarus Comes *Purliliorum* à puris ſeu candidis liliis ſic dictus, cujus poſteri à Caminenſibus Comitatu Cenedenſi ſpoliati, caſtra *Pratum*, *Portiam*, & *Brugnaram* extruxêre, à quibus etiam nomen ſortiti *Pratenſem* & Comitum de *Portia*, & *Brugnara* lineam proſeverunt. *Pratenſis* linea ſæculo XV. de-

defecit, altera adhuc viget, & ſæculo præcipuè ſuperiore Venetis, aliíſque Italiæ Principibus ac demum etiam Auſtriacæ Domui obſequia ſua detulit, ex qua Ermes de Portia Caroli Archi-Ducis in Styria favore florentiſſimus. Ejus F. Joannes Sfortia Literis excultiſſimus, Legatus Hiſpan. & Comitat. Gorit. Vicarius. Joannes Ferdinandus F. cum Ferdinando III. educatus, mox ad Venetos legatus, dein ad formandam Leopoldi M. juventutem in aulam evocatus coëmpto *Orttenburgenſi* Comitatu in Carinthia ab eodem cum omnibus deſcendentibus maſculis ad Principis faſtigium evehitur, & 1664. certis conditionibus in Principum ſubſelliis collocatur. Verùm F. Joannes Carolus, & Nepos Franc. Antonius (1698. ſine liberis mortuus) ob defectum feudi Imperialis locô inter Imperij Proceres exciderunt. Franc. Antonio ſucceſſit Agnatus Hieronymus Principalis tituli & ditionum hæres. Ejus F. Hannibal Alphonſus Emmanuel *Modernus Princ.* ab Avi Fratre Maximiliano Com. in Bavaria ſine liberis mortuo, hæreditatem capit, priùs Capitaneus Carinthiæ. *Conj.* Dorothea Conſtantia Wilhelmi Joan. Anton. Com. Thaunij F. *Liberi* 1. Magdalena nat. 1699. 2. Amalia Eleonora nat. 1701. 3. Antonius Carolus

nat.

nat. 1702. 4. Alphonſus Gabriel nat. 1703. 5. Aloyſius. *Frater* Carolus Cæſ. Official.

## *Principes* Salmenſes.

*Origo.* à *Comitibus Rhenanis* ( à *Romano Rheni Comitatu* ſic dictis ) & *Sylveſtrium* Agnatis ſub a. 364. derivatur. *Illuſtriores:* Joannes III. Joannis Comitis Rhenani Nepos ducta Adelheide *Wildgraviorum* ultimâ, eorum bona ac titulum ſuis conjunxit. Joañes V. tertij Nepos Salmenſium ditionibus auctus, primus titulô & inſignibus *Comitis Salmæ* uti cœpit. Joannes VI. omnium (qui è *Comitum* Rheni ſtirpe ſunt) communis Parens per filios Philippum *Daubniam*, & per Joannem VII. *Kirburgenſem* lineas condidit: ex Dauhnia in Philippi Nepotibus rurſus *Neufvillenſis* Principum, *Grumbacenſis* Comitum, & *Daubnius* itidem Comitum palmites pullulârunt. Ex *Neufvillenſi* Philippus Otto à Ferdinando II. cum filio natu majore, cunctísque poſteris, Comitatum Salmenſem poſſeſſuris, Princeps factus 1623. Ejus F. Leopoldus Philipp. Carol. ad ſeſſionem & votum in Principum collegio admiſſus 1654. Carolus Theodorus Otto F. Joſephi I. Imperat. ſupremus Aulæ Præfectus. Ludovicus Otto F. *modern. Princ.* nat. 1674. *Liberi* ex Albertina Joanneta, Mauritij Henr. Princ. Naſſovio-Hadam. Filia 1716.

mortua. *Filiæ:* 1. Dorothea Franc. Agnes nat. 1702. deſp. 1719. Nicolao Leop. Com. Rhen. & Sylv. Neuſvillenſi. 2. Eliſab. Alex. nat. 1704. deſp. 1721. Claudio Lamoraldo Princ. Ligniacenſi. 3. Chriſtina Anna nat. 1707. deſp. 1726. Joſepho Principi Haſſo-Rhenofeld. *Sorores:* 1. Carolina Godofreda nat. 1667. vidua Leop. Ignatij Princip. à Dietrichſtein ab 1708. 2. Ludovica in cœnobio Nanceti. 3. Eleonora Chriſtina nat. 1678. deſp. 1714. Alberto Carolo Comiti, nunc Principi Urſelio.

## *Principes* Schwarzburgici.

*Origo* vetuſtæ familiæ incerta: aliis eam à *Wittekindo* quodam *Nigro* Caroli M. coævo, aliis à priſcis Comitibus de *Kevernburg*, qui extructô caſtrô *Schwarzburg* nomen ſumpsêre, derivantibus. *Illuſtriores:* Guntherus *Auguſtus* Imperator elect. 1349. Guntherus itidem Archi-Epiſcopus Magdeburg. 1403. Henric. Archi-Epiſcop. Bremenſ. 1463. Guntherus. Guntheri *medij* Nepos, communis omnium *modernorum Schwarzburgicorum* Parens eſt 1552. mortuus. Ejus bini filij Joan. Guntherus *Arnſtadienſem*, & Albertus *Rudelſtadienſem* præcipuas lineas fundârunt. Ex *Arnſtadienſi* rurſus duo palmites *Sonderhuſanus* & *Arnſtadienſis* procreati ſunt. *Arnſtadienſis* in Antonio Gunthero 1716. ſine liberis mortuo exaruit, ditione ad fratrem

*Son-*

*Sonderhuſanum* devolutâ. Nunc duæ lineæ *Sonderhuſana* & *Rudelſtadienſis* ſuperſunt.

Ex *Sonderhuſana:* Chriſtianus Wilhelm. à Leopoldo Imperat. 1697. *Principum* ordini adſcriptus, hæres fratris Antonij Guntheri *Arnſtadienſis.* Ejus F. Guntherus *modern. Princ.* nat. 1678. ſuccedit Patri 1721. *Conj.* Eliſabetha Albertina, Caroli Frid. Princ. Anhaltino-Bernburg. F. nat. 1693. deſp. 1712. ſine liberis. *Fratres:* 1. Auguſtus nat. 1691. deſp. 1712. Carolinæ Sophiæ, Caroli Frid. Princ. Bernburgici filiæ. 2. Chriſtianus nat. 1700. deſp. 1718. Sophiæ Chriſtianæ, Lebrechtij Princ. Bernburgici filiæ, & alij tres cœlibes. *Sorores:* 1. Magdalena Soph. nat. 1680. vidua Com. Georgij Schönburgici in Hartenſtein ab 1716. 2. Chriſtiana Æmilia Ant. nat. 1681. vidua Adolphi Frid. Duc. Megalop-Strelit. ab 1708. & aliæ tres cœlibes.

Ex *Rudelſtadienſi:* Ludovicus Frid. Principis titulum 1712. aſſumpſit. Ejus F. Ludovicus Frid. *modernus Princ.* nat. 1692. ſuccedit Patri 1718. *Liberi* ex Sophia Wilhelmina, Friderici Duc. Saxo-Gothani filia, 1727. mortua. 1. Joan. Frid. nat. 1721. 2. Sophia Albertina nat. 1724. *Fratres:* 1. Wilh. Lud. nat. 1696. priùs Polon. Official. 2. Lud. Guntherus nat. 1708. Cæſ. Capitan. *Sorores* 6. inter quas Anna

So-

Sophia nat. 1700. deſp. 1723. Joſiæ Principi Saxo-Salfeld.

## *Principes* Schwarzenbergici.

*Origo* ab *Seinsheimiis* antiquiſſimis Oſtrofrancis, Hildebrando circa a. 1333. celebri, ejúsque Filio Hildebrando *Juniore Seinsheimiorum* Satore. *Illuſtriores:* Chriſtophorus Hildebrandi Junioris Trinepos Sæculo XVI. primus ex hac gente *Baro* creatus. Ejus F. Ludovicus Georgius Melchioris *Seinsheimenſis* hæres in Franconia 1589. conſtitutus eſt. Adolphus ab Hildebrando *Juniore* deſcendens, Wilhelmi de Neſſelrode F. ab Imperat. Rudolpho ob Jaurinenſem victoriam 1599. *Comes* creatus eſt. Adamus F. ab Electore Brandeburgo dignitate Magiſtri Ordinis Joannitici decoratus. Demum Joannes Adolphus F. à Leopoldo Imperat. ad ſumma Imperii munia applicitus, torque aurei velleris donatus, ac 1671. Princeps creatus, denique Comitatibus *Schwarzenbergico*, & *Hohenlandsbergico* Principali nomine auctis 1674. in Principum Senaculum ſolenniter introductus eſt, Principali dignitate penes regnantem ſolùm remanente. *Modernus Princ.* Adamus Franciſcus Carolus nat. 25. Sept. 1680. hæredit. aulæ Judex Rotwilenſis, Cæſ. Suprem. ſtabuli Magiſter, Eques aurei velleris, ac 1723. Dux Crumlovien-

vienſis. *Conj.* Eleonora Amalia Magdalena Ferdinandi Auguſti Leopoldi Princ. Lobkowizij F. nat. 1682. deſp. 1701. *Liberi* 1. Maria Anna nat. 1706. deſp. 1721. Ludov. Wilhelmo March. Badenſi 2. Joſephus Adamus Joan. Nepomuc. nat. 1722. *Sorores* 1. Maria Franciſca nat. 1677. Caroli Egonis Princ. Fürſtenberg. Möſkirchenſ. ab 1702. vidua. 2. Maria Antonia Joanna nat. 1688. deſp. 1709. Franc. Carolo Liebſteinsky Com. de Kollowrath. 3. Maria Joanna Joſepha Ludovica nat. 1689. ab 1715. vidua Ferdinand. Auguſti Leopoldi Princ. Lobkowizij. 4. Maria Joanna Nordburga Felicitas nat. 1692. deſp. 1708. Franc. Leopoldo Com. Sternbergico.

## *Principes* de Thurn & Taſſis.

*Origo* juxta alios ab Hunnorum Regulo Taxi a. 949. in Italiam cum copiis profecto. Certiùs ex pervetuſta *Turianorum* (*Della Torre*, *De la Tour*) familia ſæculo XIII. Mediolani florente deducitur. Ex iis Lamoralus Mediolanô pulſus *Taſſij* cognomen aſſumpſit, cujus Pronepos Rogerius Friderici III. Imperat. Camerarius, & Venationum Præf. communis Conditor Familiæ, quæ poſtea in diverſas lineas, *Hiſpanicam*, *Belgicam*, *Germanicam*, *Tyrolenſem*, *Venetam*, & *Mediolanenſem* abüt, ubique ferè ſupr. poſtarum

rum Præfecturâ inclyta. *Ex Belgica Illuſtriores :* Franciſcus Rogerij Nepos à Maximiliano I. Cæſ. ſupr. poſtarum Præf. conſtitutus m. 1518. Ejus ex F. Rogerio II. Nepos Joan. Baptiſta lineam propagavit. Leonardus I. F. à Philippo II. & III. Hiſpan. Regibus ſupr. poſt. Præf. in Belgio, à Rudolpho Imperat. *Baronis* titulô auctus m. 1612. Lamoralius F. primus *Comes* de *Taſſis* beneficiô Mathiæ Imperat. & Supr. Hæredit. Imperij poſt. Præf. m. 1624. Cujus Pronepos Eugenius Alexander a Leopoldo Imperat. *primus Princeps de Thurn & Taſſis* 1696. creatus. Ejus F. Anſelmus Franciſcus *Modernus Princ.* nat. 1679. ſuccedit Patri 1714. ſupr. hæredit. Imperij & Auſtriaci Belgij poſt. Præf. *Conj.* Ludovica Anna Franciſca Princ Ferdinandi Auguſti Leopoldi Lobkowizij F. nat. 1683. deſp. 1701. *Liberi* 1. Alexander Ferdinandus hæredit. Princ. nat. 1704. 2. Maria Auguſta nat. 1706 deſp. 1727. Duci Carolo Alexandro Würtenbergico Cæſ. Generali campi Mareſchallo & Gubernat. Belgradi. 3. Chriſtianus Adamus nat. 1708. Domicellar. Colonienſis. *Sorores Superſtites.* 1. Maria Godofrine nat. 1691. *Conj.* Baronis de Vignacourt & duæ in cœnobio. *Frater* ex altera Patris conjuge Lotharius Franc. nat. 1705.

*Prin.*

## *Principes* Trautſonij.

*Origo* Familiæ ( olim *Equitum* & *Baronum de Matray*, *Reiſſeneck*, & *Sprechenſtein* nunc *Comitum de Falckenſtein* dictæ ) è Tyroli, Parente Bertholdo Trautſonio, *Chrello* cognominato, 1134. florente, à quo *Bucelinus* ſtemma inchoat; Hæc Familia ab 1452. *hæredit. Mareſchalli* in Tyroli, & ab 1680. *hæredit. aulæ Præf.* munus per inferiorem Auſtriam obtinuit. *Illuſtriores :* Joannes Eques & Baro trium Cæſ. Int. Conſil., ſupr. aulæ Præf., Burggravius Tyrolenſis. Paulus Sixtus *primus Comes de Falckenſteim*, Eques aurei velleris, Gubernator Auſtriæ. Joannes Leopold. Donatus à Joſepho Imperat. 1711. cum primogenitis deſcendentibus in *Principum* ſubſellium evehitur. Supr. Caroli VI. Imperat. aulæ Præf. m. 1724. Ejus F. *Modernus Princ.* Joannes Wilhelmus nat. 5. Jan. 1700. ſucc. 1724. hæredit. Provinciæ aulæ Præf. in infer. Auſtria, & hæredit. Provinc. Mareſchallus in Tyroli. *Conj.* Maria Anna Joſepha. Com. Franciſci Antonij Ungnad de Weiſſenwolff F. deſp. 1722. *Liberi* 1. Carolus Borromæus Joan. Nepomuc. nat. 1723. 2. Maria Roſalia Erneſtina nat. 1724. & rurſus filia nat. 1725. *Mater* Maria Thereſia Ungnadin Michaëlis Wenceslai Com. de Weiſſenwolff F. nat. 1679. vidua 1724. *Fratres.* 1. Antonius Erneſtus

Eques Melitenſ. 2. Joan. Joſeph. nat. 1704. Canonicus Salisburg. & Paſſavienſ. 3. Franc. Carolus nat. 1707. 4. Ludov. Franc. Georgius nat. 1713. *Sorores.* 1. Maria Chriſtiana nat. 1702. deſp. Com. de Stahrenberg. 2. Maria Antonia Xaveria nat. 1706. 3. Maria Franciſca nat. 1708. deſp. 1726. Henrico Joſepho Princ. Auersbergico. 4. Maria Eliſabetha nat. 1709.

## *Principes* Waldeccij.

*Origo* à Witekindo Sualenbergæ, & Waldecciæ Comite a. 780. celebri. Witekindus IV. è poſteris Witekindi Sualenbergici ortus 1184. Pyrmontano Comitatu obtento eundem Wernero F. contulit. Extinctâ ſub finem ſæculi XV. Werneri lineà ad Spiegelbergios Comites tranſiit, at etiam hâc 1557. extinctâ rurſus ad Waldeccios rediit. Tandem è ſeris Nepotibus Joſiæ 1588. mortui Filij Chriſtianus *Iſenburgici*, & Waltherus IV. *Wildungenſis* palmitum authores prodière. *Wildungenſis* in Georgio Friderico Princ. Waldeccio Georgii Friderici (qui 1682. à Leopoldo Imperat. Princeps creatus, & ſupr. in Imperio Campi-Mareſchalli munere donatus eſt) Filio 1692. rurſus exaruit, Principali dignitate Friderico Antonio Ulrico Com. Waldeccio ex ramo *Iſenburgico* (1728. mortuo) à Carolo VI. Imperat. 1711.

 col-

collatâ, atque 1717. primùm publicatâ, cujus F. *Modernus Princ.* Carolus Auguſtus Fridericus nat. 24. Sept. 1704. ſucc. Chriſtiano fratri natu majori 1728. *Mater* Ludovica Chriſtiani II. Com. Palat. Birckenfeldenſis F. nat. 1678. vidua ab 1728. *Fratres* 1. Chriſtianus nat. 1701. Princeps m. 1728. 2. Ludovicus Franc. Antonius nat. 1707. Cæſ. Capitan. 3. Joſeph. Maria Wilhelm. m. 1719. *Sorores* 1. Maria Wilhelmina Henrica nat. 1703. 2. Erneſtina Ludovica nat. 1705. 3. Sophia Wilhelmina Eliſabetha nat. 1711. 4. Franciſca Chriſtina Erneſtina nat. 1712. 5. Ludovica Albertina Friderica nat. 1714.

# INDEX
## CAPITUM, & PARAGRAPHORUM.

CAP. I. *Succeſſio Genealogica Principum in hæreditariis Provinciis Auſtriæ.* Fol.

§. I. *Succeſſ. Geneal. Ducum, & Archi-Ducum Auſtriæ.* 1

*Geneal. Comitum Habſpurgicorum* 7

§. II. *Succeſſ. Geneal. Ducum Styriæ* 13

§. III. *Succeſſ. Geneal. Ducum Carinthiæ* 21

§. IV. *Succeſſ. Geneal. Ducum Carnioliæ* 28

§. V. *Succeſſ. Geneal. Comitum Tyrolis* 32

CAP. II. *Succeſſ. Geneal. Electorum S.R.I.* 38

§. I. *Succeſſ. Geneal. Electorum Bavariæ* 40

§. II. *Succeſſ Geneal. Electorum Brandeburgicorum* 42

§. III. *Succeſſ. Geneal. Electorum Brunsvico-Luneburg.* 45

§. IV. *Succeſſ. Geneal. Electorum Palatinorum* 46

§. V. *Succeſſ. Geneal. Electorum Saxoniæ* 52

*** *Succeſſ. Geneal. Ducum Lotharingiæ* 57

CAP. III. *Succeſſ. Geneal. Ducum S. R. I.* 66

§. I. *Succeſſ. Geneal. Ducum Bavariæ* 66

§. II. *Succeſſ. Geneal. Ducum Brunſvicenſ. & Luneburg.* 77

§. III. *Succeſſ. Geneal. Ducum Holſatiæ, & Schleſwici* 87

§. IV. *Succeſſ. Geneal. Ducum Megalopolitan.* 95

§. V. *Succeſſ. Geneal. Ducum Pomeraniæ* 100

§. VI. *Succeſſ. Geneal. Ducum Saxoniæ* 101

§. VII. *Succeſſ. Geneal. Ducum Sileſiæ* 113
§. VIII. *Succeſſ. Geneal. Ducum Sueviæ* 125
§. IX. *Succeſſ. Genealog. Duc. Wirttemberg.* 130
*,* *Succeſſ. Geneal. Ducum Curlandiæ* 131
CAP. IV. *Succeſſ. Geneal. Comitum Palatinorum Rheni* 141
CAP. V. *Succeſſ. Geneal. Marchion. S. R. I.* 146
§. I. *Succeſſ. Geneal. Marchionum Badenſium* 147
§. II. *Succeſſ. Geneal. Marchionum Brandeburg.* 152
§. III. *Succeſſ. Geneal. Marchionum Luſatiæ* 158
§. IV. *Succeſſ. Geneal. Marchionum Misniæ* 160
§. V. *Succeſſ. Geneal. Marchionum Moraviæ* 165
CAP. VI. *Succeſſ. Geneal. Landgravior. S. R. I.*
§. I. *Succeſſ. Geneal. Landgrav. Haſſiæ* 165
§. II. *Succeſſ. Geneal. Landgr. Thuringiæ* 175
CAP. VII. *Series Principum Eccleſiaſticorum S. R. I.* 180
§. I. *Series Archi-Epiſcoporum S. R. I.* 180
§. II. *Series Epiſcoporum S. R. I.* 185
§. III. *Series M. Magiſtrorum Sac. Equeſt. militiæ in Germania* 195
§. IV. *Series Abbatum S. R. I.* 198
CAP. VIII. *Succeſſ. Geneal. Principum Sæcularium S. R. I.* 209

D. O.

D. O. M. A.

*Sub Ampliſſimo, ac Admodùm Reverendo*

# P. SIGISMUNDO PUSCH, è S. J.

AA. LL. & Philoſ. ac SS. Theologiæ Doctore,

*Almæ hujus, ac Celeberrimæ*

UNIVERSITATIS GRÆCENSIS,

CANCELLARIO

*Anno à partu Virginis M. DCC. XXX. Die IV. menſis Julij Horâ VIII. Matutinâ Actus Academicus celebratus eſt.*

In quo

*Perilluſtres, Reverendi, Religioſi, Prænobiles, Nobiles, Eximij, & tam eruditione, quàm virtute conſpicui DD. AA. LL. & Philoſophiæ*

BACCALAUREI,

In Aula Academica Archiducalis Soc. JESU Colleg. ad ſupremam Philoſ. Lauream conſequendam per Eundem Licentiâ donati;

*DEINDE PROMOTORE*

R. P. FRANC. XAV. GÖTTNER è Soc. JESU, AA. LL. & Phil. Doctore, ejusdémque Profeſſore Emerito, nec non Actuali Controverſiarum Profeſſore

*Supremâ Magiſterij, & Doctoratûs Philoſophici laureâ condecorati ſunt.*

# NOMINA PROMOTORUM.

D. Carolus Chriſtophorus de Bendel, S. R. I. Eques & Provincialis Styriæ, Styrus Græcenſis. *Defendit Univerſam.*

1. *Ord. Alphab.* D. Ignatius Antonius Leüttner, Perilluſtris Styrus Græcenſis. *Defendit Univerſam.*

Rev. ac Rel. D. Ignatius Niskens, Ord. S. Aug. Coll. Eccl. ad D. Thomam in Vorau Can. Reg. *Def. Univ.*

Rev. ac Rel. D. Amadeus Mauſenberger, Sacri & Exempti Ord. Ciſt. Celeb. & Antiquiſſ. Monaſterij B. V. M. de Runa Prof. *Def. Univ.*

D. Franciſcus Rivolt, Italus Cormonienſis. *Defend. Univer.*

2. *Ord. Alphab.* D. Joannes Loyberspöck, Civis Styrus Gleyſtorffenſis, ex Cæſ. Ferd. Alumnus. *Defend. Univerſ.*

D. Joſephus Euſtachius Peinſtingl, Prænobilis Styrus Stainzenſis, ex Archi-Duc. S. J. Conv. Coll. Sereniſſimæ Reginæ Poloniæ Alumnus. *Defend. Univerſ.*

D. Ferdinandus Oſwaldus Mang, Nobilis Styrus Græc. *Defend. Univ.*

D. Joannes Georgius Huetter, Civ. Styrus Ilcenſis. *Defend. Univerſ.*

3. *Ord. Alphab.* D. Vitus Franciſcus Xav. Schieſtl, Civis Carinthus Raichenauenſis. *Defend. Univerſ.*

D.

D.Paul.Hueff, Civ. Hungar.Mildorff. ex Archid.S.J.Conv.Coll.*Def.Uni.*

D.Franciſcus Imre, Nob.Hungarus Nemeth-Ujvarenſis. *Defend. Univ.*

4. *Ord. Alph.* D. Joannes Michaël Lugkman, Civis Carniol. ex S. Ruperto. *Def.Univ.*

D. Antonius de Schaumberg, Prænobilis Styrus Græcenſis.

5. *Ord. Alp.* *D. Nicolaus Klauſerwiz, Palatinus Eſslingenſis. *Defend. Univerſ.*

D. Joannes Georg. Fridl, Civis Hauzenbergenſis ex Diſtrictu Paſſavienſi.

D. Gabriel Amadeus Gaſſner, Prænobilis Styrus Marburgenſis.

D. Joſephus Santner, Præn. Styrus Græcen.

D. Antonius Franciſcus Troyer, Prænobilis Carniolus Adelſpergenſis.

Rev. D. Auguſtinus Joſéphus Strimizer, Prænobilis Styrus Pettovienſis.

*D.Carol.Lud.Orſi, Civis Italus Goritienſis.

D. Joan. Dominic. Lederer, Civ.Styr.Græc.

D. Ant. Andr. Schachner, Nob. Styr. Græc.

D. Sebaſtianus Urbantſchich, Civis Carniolus Seiſenburgenſis.

D. Leopoldus Martinus Deichtmeiſter, Civis Styrus Hardbergenſis.

D. Franciſcus Balthaſar Kumeſch, Civis Carinthus Pleiburgenſis.

D. Joſephus Spanner, Nob. Styrus Pettov.

D. Michaël Fraſs, Civ. Styr. Luettenberg.

D. Caſparus Joſeph. Leskovar, Nob. Styrus Feiſtricenſis.

D.

D. Franciſcus Joſephus Hunæus, Haſſus Caſſellanus.

D. Mathæus Derniersky, Lithuanus Grodnenſis.

*Extra Ordinem.*

Rev. D. Andreas Calli, Nobilis Liburnus Fluminenſis, ex Archi-Ducali S. J. Convict. Coll. SS. Theol. in 1. annum Auditor.

R. D. Andreas Painſchab, Carinthus Wolffsbergenſis, SS. Theol. in 1. annum Auditor. Ex Cæſ. Ferd. Alumnus.

Rev. ac Rel. D. Baſilius Staindl, Ordinis S. Benedicti Lib. ac Exempti Monaſterij ad S. Lambertum Profeſſus, SS. Theol. in 1. annum Auditor.

D. Bartholomæus Warnigg, Civis Carinthus Guettenſteinenſis, è Cæſ. Ferdin. SS. Theol. in 1. annum Auditor.

D. Joſephus Bernardus Flaidnizer, Prænobilis Carinthus ad S. Pauli ſub Hornburg, SS. Theol. in 1. annum Auditor.

Rev. D. Mathias Præſchern, Carniolus Rothmanſtorffenſis, SS. Theol. in 1. annum Auditor, Presbyter.

D. Primus Laurenchich, Carniolus Vippacenſis, SS. Theol. in 1. annum Auditor.

---

*Problemata in actu deciſa.*

I. An Chronologiæ, an Genealogiæ ſtudium plùs lucis & comodi Reipublicæ adferat?

II. Utrum à fœderibus, an ab armis magis hodie in Europa ſpes pacis affulgeat?

F I N I S.